

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Manuscripta Rhenaugiensa - Cod. St. Blasien 33 bis 37**

[Pars I] - St. Blasien 33

**Hohenbaum van der Meer, Moritz**

**[Südschwarzwald, St. Blasien], [2. Hälfte 18. Jh.]**

Mauritius Hohenbaum van der Meer, Zur Rheinauer Klostergeschichte

[urn:nbn:de:bsz:31-46488](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-46488)

Nota  
In Librum Fratrum Conscriptorum  
Monasterij S. Galli.

Libro. atq; pag. gamanus in maiori quarto, cuius  
characteres atq; contenta incunabula Seculi noni  
produnt saltim quo ad ea, quo primitus inscripta  
fuerunt. Priora folia usq; ad faciem 28. tam com-  
pacta sunt, atq; per singulas facies in quatuor co-  
lumnas nra varietate dispositas distributa.  
Reliqua à compagine divulsa diversam etatem  
inducant, ut ex singulorum descriptione patebit.

Folium n. Simpliciter incipit ab hoc titulo om-  
nes quatuor columnas perveniens: Nomina Im-  
canon de Monast Weerde. Ceterum ipsa Nomina  
perpendiculariter legenda esse, ipsa distinctio  
columnarum indicat, ut taceam sepe pro lectione  
horizontali lineas non coincidere, ac frequentes  
alios titulos in proximis columnis incipere. Sic  
igitur legenda sunt:

huadalricus			
perul	Alto	cozzolo	althari
wilibold	einprecht	adalge	de.
Dominicus	Adalprecht	de.	
Recho	de.		
de.			

Infra occurrent copia, que ex istis foliis prima-  
rio atq; compactis descripta sunt: hic eadem no-  
mina Fratrum de Monast Weerde legi possunt folio  
58.

Folio 2. ad calcem columna prime hoc leguntur:  
exple de weerde. In sumo Separatim Scribitur  
Tietzman o'po de curia In col. 2. Sine titulo aut  
ordine diversis manibus adscripti sunt Sacerdoti  
viri, femina p. inter quas Hilberat Et. col. 3.  
notari meretur: Endilgast et filios um eius. in  
fine subro adscriptus: endingen hainrich, Gopa,

Olo e. Sed manus est multo recentior. Col. 11. inter  
alios occurrunt etiam wolvini et wolfhart manu  
antiquiori, nam saepe in columnis anterioribus  
occurrunt manus recentiores, quando nimis in  
seluto spacio vacuo non nemo posterior quaedam

+ eos autem fuisse fundatores nomina inscripsit. +

Musj nostri Rhenaugiensis.  
alibi ostendimus, et habet  
Eccardus to. 11. Franc. orient  
tal.

Folio 3. pergitur eadem confusione Columna  
nihilominus maxime notatu digna est, in qua  
Sequentia nomina leguntur:

N. pius.	Karolus imp mag
	Ludovicus imp.
	Motarius im.
N. germanicus	Ludovicus Rex.
N. calvus.	Karolus imp occi
	Pippinus rex.
N. junior.	Karolomanus rex.
	Ludovicus rex.
N. Casus	N. Karolus imp novis
uxor Lud. Germ.	Hema regina
eiusdem filia.	Hiltigart
uxor Caroli cali.	Janningart.
	Gisla.
Filia Ludov. germ.	Bertha.

Hec nomina certe scripta fuerunt circa anm 880.  
cum in Carolo Casus finiant, isq; Imperator novissimus  
vocetur. constabunt hoc clarius ex folio Sexto.  
Miltigart et Bertha fuere filia Ludovici Gema.  
Abbatissa Tiguri. Hema coniux Ludov. germ.  
Janningard Caroli calvi.

Mabil. to. 3. anal. fol. 34.

Folio 4. Rubro inscribitur sequens titulus:  
Nomina, Tractu de Turonis, deinde col. 4. Tride-  
girus Abbas. Hodoardus &. copia horum habetur  
infra fol 56.

Folio 5. continuantur priores usq; ad col. 2. ubi  
infra medium sicut et col. 3. et 4. adduntur aliq;  
etiam femina, manu quoq; seculi inferioris.

Folio 6. Sine titulo plurimi et quidam primi ordinis  
in scribuntur, et interpolantur, etiam in margine  
ante columnam primam additi. praecipue vero  
initium columnae 1.<sup>ae</sup> notandum, quod ab initio  
latius, ut ex charactero, abramento et situ patet,  
Scriptum fuit, Suppositis posteriori manu singulis  
nominibus, hunc in modum:

Pippinus rex.

isanhard. Interpolatus.

Carlomannus.

warbuc. Interpolatus.

Carolus impe.

Theodoric.

item Carolus.

Waltarik.

Pippinus rex.

Hludovicus imp. Interpolatus.

item Pippinus rex.

Dominicus.

Lodharicus rex.

Judith imperatrix. N<sup>o</sup> interpolata.

Ludovic.

Carolus juvenis. N<sup>o</sup> interpolatus.

Truago &c.

Ex quibus evidenter sequitur, haec scribi coepisse  
fuisse, ante quam vel Lodharicus imperator declara-  
tus, vel Judith Ludovico nupta, vel Carolus calvus  
natus esset, nec obstat, quod supra iam fol. 3.  
col. 4. idem Carolus ut Imperator appareat,  
nam columnae posteriores plerumque serius scriptae  
fuerunt columnis prioribus etiam insequentium  
foliorum, nisi cum quandoque in spacio vacuo re-  
lictis per manum posteriorem aliqui subscripsi  
fuerunt. unde credo factum, ut visis hisce in  
praesenti columna imperfecte scriptis, postea  
quidam in columna quarta vacua folij restij sub  
Carolo calvo ordine eodem describeret. Ceterum

praeter. Superius descriptos notari mense, qui nonnullis interpositis statim veniunt: Deddericus, et Bernhardus filius pippini.

Fol. 7. 8. et 9. Similiter diversa nomina sine speciali titulo, per totum etiam alternatim scripta, interpolata, et in margine addita sunt.

Fol. 10. Similia nomina continuantur. In margine anteriori totaliter prescripto circa medium apparet hoc vox litteris maiori bus exarsata DEFUNCTI. Cetero argumento, huic libro et vivos et defunctos fuisse inscriptos; uel enim superiores uel inferiores tantum hunc erant defuncti. Col. 2. plures occurrunt Comites, inter quos Adalhelm com. in summo columna 3<sup>ta</sup> et 4<sup>ta</sup> inscribitur. Allesis maiusculis clericorum scilicet nomina. miscentur. Tamen etiam femina, et cum parentibus abati, nomina latina à theotiscis diversa ut Bonus, Gregorius p. manu posteriori nimisum Vadiani subducta fuerunt.

Fol. 11. Super omnes quatuor columnas inscribitur sequens titulus. Nomina Fratrum Canonico- rum Monachorumq; urbis Lingonicæ. Col. 1. Albertus eps. Deinde duo Col. 2. Presbiteri, Diaconi, Subdiaconi, Clerici. Sed circa finem columnæ secunda iam harum catalogus expirat. Nam col. 3. infra titulum superiore inscribitur aliud, nempe: De Canobio S. Iohis Melodis. Cyprianus Abb. abel mon. &c. col. 4. De Canobio S. Iohis fontis Berne. Seraphim abb. aaron mon. item aaron mon. &c. cum isti omnes magnò numero eadem prorsus manu et uno contextu fuerint scripti, sine dubio bene erant vivi.

Fol. 12. in summo hic titulus item omnes columnas percussent. hæc sunt nomina Presb<sup>ter</sup> heogau. Sed columna secunda circa medium iam expirat, substitutis diverso caractere alijs, inter quos unus

Sic scripsit: ego. Seckler. pmitto. huiusmodi exempla  
occurrunt plura, quod nimium suscepti in confia-  
ternitatem semel ipsos inscripserunt. Singulae in  
columna prima huc est, quod viginti decem litteris  
numeralibus notentur p. X. XX. XXX &c.

Fol. 13. Col. 1. et 2. inscribitur Titulus: Nomina  
Presbiterorum. hinc probabiliter est continuatio pre-  
cedentium. multi sunt supra et ad latus adscripti,  
inter quos etiam feminae.

Fol. 14. Titulus Super quatuor columnas Nomina  
fratrum de Mons Klingene. Sed vix ad columnam  
secundam perveniunt: deinde alij etiam posterioribus  
seculis adscripti, inter quos Hermanus scriba.

Klingen Münster in  
Episcopatu Spiren. Mabil.  
p. 3. anal. Secularizatum  
p. 150.

Fol. 15. Titulus rubro scriptus Super tres colum-  
nas: de Ghanginbach. ultima columna alios habet.

Fol. 16. Titulus Super omnes columnas viridi colore  
scriptus: incipiunt nomina Fratrum lobensium,  
Ribpini abb. Deinde Monachi, presbyteri, Diaconi  
intermixti. initio columna secunda finiuntur. Se-  
quuntur alij. col. 3. ia post initium Nomina fratrum de  
Wipraic. col. 4. quaedam nomina locorum occurrunt,  
quorum singulis addunt nonnulla hominibus propria.  
Sunt autem Ribenbarren. Ellenhaim. Bargen.  
Endingen.

Fol. 17. Nomina Fratrum de Fovarijs inscribitur  
omnibus columnis. deinde: Silvanus abb. Joseph  
mon. mixti deinceps presbyteri, Diaconi, Monachi &c.  
qui columnam 2<sup>am</sup> non excedunt. eadem columna  
2<sup>da</sup> habetur: Uozocum reliquis omnibus. col. 3.  
in summo adscribitur Ellenhaim. et infra medium:  
fratres de Endingen. col. 4. Fussenhaim. et paulo  
post Buhenshaim. post eadem columna infra  
medium quidam inscripti sunt inverso characteris,  
ut codicem invertere cogaris, si velis legere.

Fol. 18. Titulus: Nomina Episcoporum; Hilthoboldus episcopi  
post Septimum interpolatus fuit: Wadalrik episcopi.

111  
Mabil.  
p. 3.

forte S. udalricus. col. 2. Ratoldus eps. deinde etiam  
col. 3. diversi Epi; Abbates. col. 4. etiam femina.  
habentur etiam nomina locorum: Clekaim. et duzela-  
haim &c.

Fol. 19. Titulus Super. omnes columnas: Nomina  
Fratum de Skina. Ambro Abba. Sed jam in columna  
prima desinit. Columna tamen tertia et quarta ha-  
bentur octo defuncti eiusdem Monast. eij. eodem  
characteris scripti cum hac inscriptione: de eodem  
Monasterio defunctorum. col. 2. Fr. de Fribusch.  
et infra Stavilo. col. 3. Fr. de Marle. col. 4.  
Fr. de Mulehuson. qui posteriores tres tituli  
eodem posteriori manu sunt scripti. col. 4. inferius  
habentur Fr. de hémekon. Platolfeshaim

Fol. 20. Titulus per totum folium: Nomina Fratrum  
Campit. Tato abba. isan bart. &c. Columna 3<sup>ia</sup>  
desinunt. hūc legitur: A levie peccator. quod certe  
ipse met. scripsit. col. 4. iterum occurrit Mulehuson. Crocingen  
Ceterum copia Campidonensium habetur infra fol.  
48.

N<sup>o</sup>. Proximum folium precedenti coherens per  
anorme plagium data opera cultro aut for vice  
excisum fuit, ut relicta vertigia verstantur; non  
enim vetustate laceari potuit, quod in medio qua-  
ternionis melius quam reliqua conservari debuisset.  
quae in illo folio inscripta fuerint, non constat qui-  
dem, suspicari tamen licet, fuisse nomina Regis  
Angliae Aldarten, item Regis Henrici et Hugonis  
Regis gallicae, qui cum Alathere, Ita, et Fridicus bo-  
te vadiano in hoc libro inscripta fuerant, modo au-  
tem diligentissimo mihi omnia persectanti haud  
amplius occurrerunt, licet reliqua fere omnia ex-  
cerpta vadiani tandem invenerim. Confirmatus  
est hoc quia immediata subsequencia folia sine specia-  
li titulo nomina omnino diversa continent. Forte  
in gratiam cuiusdam Angli excisum fuit illud folium.

Fol. modo 21. Innumeri etiam femina sine ordine diversis litteris etiam in margine adscripti.

Fol. 22. Continuatus idem scribendi modus, nisi quod col. 1. inscribatur: vivorum et col. 2. Mortuorum, nomina quoque latina subducta.

Fol. 23. Continuatus eadem Confusio. col. 4. sic inscribitur: nomina eor. qui nobis commiserunt de Strozburg, windolf, winihori &c. Circa medium scribitur: Nomina vivorum, et infra Nomina defunctorum.

Fol. 24. Titulus totius folij: Nomina Fratrum de Monas. hornbach, wirundus Abb. Hoimundus &c. sed statim expirant, et alii sine titulo et ordine substituti, in he. polaki &c.

Fol. 25. Titulus: Nom: bonorum de Mon. S. Christophani, et Kenninis, pulo Schenis, & Impiimis clericorum nomina wolfsei p. b. &c. hec Nomina Monialium. Adalheid Abbatijsa p. Tasenhaim. nisi expirare videntur columna Secunda, ubi legitur Tasenhaim. nisi distinctum sit Monasterium Kenninis, quod solum afficere videtur columnam tertiam, et forte quartam: cetero To. Kenninis eodem characteris scriptum est, quo columna 3. non vero A. ma.

\* ita Mabillon. adanum 808.

Fol. 26. Titulus: Nomina Fratrum de Elehenwangia windollus abb. Cifman abb. Hullo &c. columna quada inscribitur: fr. nomina mort. ergo superiores erant vicentes.

Hic deduntur folia compacta: reliqua omnia sunt dissoluta, nec columna amplius piete usque ad Copias, licet foli sint imperfectione distincta, quo ordine sint exponenda. si incertum est, tamen dum origin alia sint Copias preferenda, has ultimo loco alijs insuper ex rationibus collocanda duxi. interim dubium non est, plura hic ex compactis folia desiderari, que jam pridem deperdita ne quidem Vadiano visa fuerunt.

Fol. 27. Recensere hoc loco licet Schediasma  
pergamenum primo intuitu vile, sed plurimi-  
estimandum: erat enim quondam epistola infra  
complicatum, ut uestigia demonstrand, et trans-  
missum fuit ad S. Gallum, ut nomina notata  
huic libro inferrentur. Praefest hunc titulum:  
Congregatio Teatrum in nomine Dni de augu-  
gaugense. cum presb. archipresb. de Barala  
Civitate. heilman &c. Superius interprolatus  
alberiche. pernhart &c. Supra 100. nomina habet.

Fol. 28. Sequens titulus sub 3. tribus prioribus  
columnis profigitur: Nomina Frim de Monasterio  
Rinawa. Hoc folium reliquis saltem copiosius pro-  
ferendum videtur, tum etiam ob characteris anti-  
quitatem, tum denique quia a. 885. describi  
coepit fuit. hoc singulare pro reliquis habet,  
quia etiam interprolati ante columnam primam,  
et post columnas secundam et tertiam Rheno vienses  
sunt. ultima columna cum adjectis in margine  
ad priores non pertinet. Verum quia Catalogus  
iste Rheno viensium. Scopus primarius istius laboris  
mei est, disquisitionem specialem moratur, ad  
finem adijciendam.

Fol. 29. col. 1.<sup>a</sup> plures sine titulo adscribantur di-  
versis characteribus, inter quos Reginbertus et om-  
nibus, qui se in meis orationibus comendaverunt.  
Ceterum eo minus isti pertinent ad Rheno vienses,  
quod certius jam ultima columna precedentis  
folij inscripti ad eodam non pertinuerunt.  
Columna 2. 3. et 4.<sup>a</sup> iste titulus inscribitur:  
Nomina Frim Coenobij Sci Petri scorumque con-  
seporum Olmani atq; Preitini. Credo tamen ob  
diversitatem scripturae secundam columnam non-  
dum pertinere ad illud Coenobium exceptis tribus  
prioribus, qui in spacio vacuo inscripti fuerunt,

ac deinde alij continuati col. 3. et 4<sup>ta</sup>. Ad calcem  
huius folij appictus est numerus quinquies V. in signum,  
quod alij eodem quaternione processerint.

Fol. 30. Sequuntur folia conjuncta, quo ut pluri-  
mum nomina femininum exhibent; inscribitur enim  
subro titulus: Nomina femininum et in sequenti  
folio 31. Laicorum. Deinde incipiunt: Alba.  
Chunigunt. Eichandind Alba. plurima inter, po-  
lantur in margine in imo, et in summo, inter, quas:  
Cozolt. et Albe.

Fol. 32. Super scribitur subro: unde supra. et  
pergitur in eandem Catalogo, et nomina latina  
subductione notantur.

Fol. 33. Super scriptio: Item eandem et fol.  
34. quarum supra. Reliqua folia usque ad 41.  
inclusive eadem nomina continent, sine titulo  
ulteriori, admixtio tamen eandem, et semper  
pluribus vicorum nominibus, fol. 40. col. ultima  
additur: et pro omnibus vivis ac mortuis, quibus  
Albrich debitor est.

Fol. 42. Separatum est, et licet nullum prore-  
ferat titulum, nihilominus ad precedentia pertinet  
demonstrant similes characteres, et nomina plerumque  
femininum, inter, que secunda est Alba. et col. 17.  
Hilberat. folio averso 43. eadem habent nomina,  
inter, que col. 1. Hildirat et col. 2. Hilla defuncta.  
plerumque igitur alia erant viva. Constat porro ex  
forma characterum, plerumque huc usque scripta fuisse  
seculo nono.

Sequuntur duo folia cohaerentia ab alij's tamen  
separata, signata n. 44. 45. 46. et 47. que licet

videantur uno aut duobus seculis posteriora, fuerunt  
tamen copias ante ferenda. in illis continentur fere  
solum nomina latina Virorum, aut in latinam ter-  
minationem formata. Singula facies discretae habent  
manus. ultima facies scilicet 47. pauca interfert  
nomina feminasum. his duobus folijs complicatis  
sine dubio alia infecta fuerunt, quo modo defunt.

Fol. 48. et reliqua sunt quatuordecim, que  
Copias exhibent precedentium originalium, licet et  
alia etiam contineant, que in prioribus defunt.  
prioribus paginae columnas habent pictas, sed  
rubro tantum colore sine varietate. Scriptura  
videtur seculi undecimi. Igitur fol. 48. et 49.  
in fronte rubrum habet titulum: Nomina Fratrum  
de Campitona. quorum originalia supra habentur  
folio 20. Sed cum ibi plures non extant, quam  
hic col. 1. et 2. descripti sunt, reliqui ex eodem  
Munio sine dubio additi fuerunt, usque ad loquens  
folium inclusive. ratio copiandi fuit, qui addendi  
in originali non habebant spacium.

Fol. 50. 51. 52. habet titulum: Nomina Fra-  
trum de Wizenburg. in originali desiderantur,  
quia deperdita; aut forte primum seculo unde-  
cimo in confraternitatem admixta: licet ex  
Catalogo, quem refert Goldast, Confoederatio cum  
Fratribus de Weizenburg videatur antiquior.  
describuntur primo Sex Episcopi, et unus Abbas,  
Deinde omnes Monachi. fol. 52. col. 2. expiunt.  
col. 3. alij recentiori calamo additi; sicut et col. 11.  
inverso caractere.

Fol. 53. rubro quidem adscriptum habet: unde  
supra. Sed intentio primi scriptoris non fuit im-  
 pleta, cum omnino alij a Weissenburgensibus exhibi-  
 beantur. et quidem col. 3. sub rubro apparet aliud  
Titulus: Nomina Fratrum S. Martini in Traiecto.  
Bernoldus eps. Tacho. d. Columna 11. circa me-  
 dium: Nomina Fratrum S. Bonifacii in Traiecto.  
Bernoldus eps. Bogo. f. ubi notari meretur eun-  
dem Bernoldum fuisse uliusq; Mönij procuratorem.

Fol. 54. et 55. Hunc exhibent titulum: No-  
mina Fratrum de Kenginbach. Emilo abb. Alfroon  
Abb. Sigif. d. mō. d. c. non tamen est idem Mönium  
 cum illo quod supra habetur in originali fol. 15.

Sub nomine Ghanginbach. folio averso utrum ex  
 eodem Mönio gongenbacensi adscripti sint, dubi-  
 tare licet, cum jam in precedenti columna videan-  
 tur ex parte, aliq; omnino manus superveniat.

Fol. 56. et 57. Nomina Fratrum de Turo Fridegio  
Abb. Flodoardus mō. sequuntur ultra ducenti  
 monachi eodem characteri nullo interposito abbate.  
 Copia est eius, quod supra habetur fol. 11. hic  
 folium excisum est, quod correspondet folio 53.  
 et sine dubio habebat terminationem tituli nisi,  
 ut integrum nomen Turonis sicut in originali  
 apparuit. alia tamen nomina probabiliter  
 contineret, cum Turonenses jam col. 3. folij 57.  
 exciperent.

Fol. 58. 59. et 60. Nomina Fratrum canon de  
Non artherio nōri. Est copia eius, quod supra  
 habetur in originali fol. 1. hic fol. 59. col. 2.

Subrequitur alia manus posterior, que an posterior  
ejusdem Mnij adscripsit, mihi non constat, idem  
judicium esto de fol. 66. col. 1. et 2. ubi diversa  
manus appaerent.

Fol. 66. columna 3<sup>ta</sup> Nomina Presbiter. De  
Ministerio Secretologi. col. 11. Item Nomina  
publ. de ministerio Notip. Subfinem: Item  
Nomina Publ. de ministerio Hiltpanti.

Fol. 67. Nomina Fra. caetera defunct, cum de  
sinente quaternione proxima folia perdit.  
Sint. certum tamen est ea identitate nominu  
Esse Copiam Mnij Elwangensis, quod supra  
habetur in originali fol. 26. nisi quod ibi  
interpolata, hic in ordinem redigantur, et alio  
ordine scribantur.

Fol. 62. et 63. Nomina Fratrum de Sumio.  
Est folium separatum, ad precedentia tamen  
pertinere, alijs interpositis, certo constat, ex  
similitudine forme, scripturae, aliamenti &c.  
columna 14<sup>a</sup> alijs inscribuntur diverso charactero:  
Sicut et folio auerso 63. sine ordine Episcopi,  
Abbatas, monachi &c. col. 2. occurrunt: Sia omnes  
debitores eius.

Fol. 64. 65. 66. et 67. Non nisi Monachi  
describuntur una continua serie et manu, sed sine  
titulo, qui forte ex originali excepti sunt,  
fol. 68. quidam sunt manu recentiori in sumo  
et imo interpolati. fol. 67. col. ultima alijs di-  
versa manu etiam femina adscribuntur.

Fol. 68 et 69. Non nisi laici eadem manu descripti, forsasse ut priores ex originali excepti; impossibile enim videtur, tot simul laicos in consorium adscitos fuisse, ut uno tractu adscribi possent. Subinde tamen et alij fuerunt interpolati.

Fol. 70. promiscue habet viros et feminas diverso caractere scriptos et interpolatos.

Fol. 71. Cithibetur hic titulus: Nomina Soror de Gaezes. Waldrada ab. calumniosa ab. oportuna ab. Waltherat. p. expiunt tamen col. 2. et interpolantur nominibus masculinis. Gaezes Monium prope Curiam in Rætia.

Fol. 72. alio caractere alios habet utriusque Sexus sine titulo. In hoc alijsq. folijs interdum occurrunt caecos, t. que procul dubio subinde nominibus apponebantur, quando de morte personarum constabat.

Fol. 73. Multi similes sine detectu scripti et additi.

Fol. 74. Rubro titulus: Nomina Frm de Manach. Moosbach. Est descriptio originalis de folio 24. Saestatum desinit, ut ibidem, et adscribuntur alij: In margine aliud saeculo 15. adscriptum fuit.

Fol. 75. et ultimum. ultimum, inquam, quia delubatum, et in angulis laecum, ut folia extrema operant, que reliqua claudunt. accedit adscriptio in summa in imo non habebat locum: Biblioteca Schouingeri. <sup>Professor</sup> enim in primo aut in ultimo adscribi solet folio. constat ex hac inscriptione de fato huius libri, qui tempore mutae Religionis, ejectus à S. gallo Monachis in manus Wadiani, consulis in Civitate S. gallensi, et praecipui defectionis

authoris, incidit: ab hoc titulo hereditatis devenit per  
 Goldartum ad Schorwingerum: tandem circa annum  
 1626. ad proprium Dominum pecunijs redemptus  
 ex diuturno exilio, sed non sine vulnere aut amissis  
 spolijs, redijt. cernitur iterum in hoc folio Subductio  
 Nominum Latinoarum à Wediano, ipsom et teste,  
 facta, cum alijs diversa nomina sine discrimine  
 adscripta et inter polata appaerant. Ceterum cū  
 Goldartus l. 2. Rerum Alaman. à folio 140.  
 excerpta quoddam, sed satis mendose ediderit, quor-  
 dam animadversiones heu addere juvat.

Forit igitur primo Goldartus Catalogum Monas-  
 teriorum ulriusq; Sexus, quo in ista Fratrenitate  
 cum S. Gallo fuerunt; qui cum in presenti codice,  
 sicut et charta sequentes non exilet, sine dubio  
 in alio Mss. mihi nondum viso exstabit. Sunt autē  
 Mōnia numero ferme quadraginta, inter quō nu-  
 mero ferme octavo legitur: Fratribus de Rinowa.  
 Reliqua Mōnia non oīa conveniunt cum insertis  
 in presenti codice: sed in utraq; continentur, quō  
 in alterutro non extant. Saquibus bēdis forma  
 litterarum significandi mortem alicuius Fratris,  
 unde iudico, Catalogum Mōniorum prefixum  
 fuisse, ut eo citius littere emortuales expediti  
 possent. verbo! haec omnia, quō praemittit Gol-  
 dardus, potius pertinere videntur ad Necrologiū,  
 quam ad Fratres conscriptos; hic enim appaerent  
 etiam vivi, illi solum defuncti. Quā propterea  
 procul dubio Necrologium distinctum exstabit.

Sequitur Charta Fratemitatis in S. Galli et  
 Augiense Munium de a<sup>n</sup>o 800. Sed cur in presenti  
 codice Nomina Trm augiensium nusquam reperian-  
 tur, causa fastidiosa est, vel quia tantum defuncti  
 in Necrologio inscripti fuerunt, vel, quod probabi-  
 lius, quia illa folia deperdita; videtur enim ista  
 Fratemitas prima inter omnes fuisse.

Deinde refertur Ratholt Ep<sup>us</sup> veronensis in  
 Fratemitatem aditus a<sup>n</sup>o 885. cuius nom on  
 inter Ep<sup>os</sup> reperitur. Scriptum fol. 18. columna  
 2<sup>da</sup> proinde alij priores Ep<sup>is</sup> iam dudum inscripti  
 erant. Luthwardum non invenio in citato folio:  
 forte habetur in alio. habetur tamen Adalber  
 Ep<sup>us</sup> Augustanus Col. 14. quem ex charta apponita  
 Goldartus a<sup>n</sup>o 908. refert inscriptum. Ex quo  
 iterum loqui videtur, praeens folium jam seculo  
 nono maximam partem fuisse perscriptum.

Morbacenses nusquam reperuntur inscripti;  
 licet Fratemitatis Chartam datam a<sup>n</sup>o 885.  
 hic afferat Goldartus.

Sola ergo Rhenaugiensium Fratemitas ad utro-  
 que reperitur exacte notata, quorum nomina  
 ex Codice deinde examina bimus, et inferum tantum  
 Fratemitatis ex Goldarto descriptum perficimus.

Regis Anglie aliorumq<sup>ue</sup> Anglorum nomina  
 modo in Codice desiderari jam semel notavimus.

Si Consadi Ep<sup>is</sup> Constantiensis nomen probabiliter  
 folio Ep<sup>is</sup>um iam totaliter inscripto inseri non potuit,  
 cum primum a<sup>n</sup>o 908. in Fratemitatem ad lectus fuit,  
 alio ergo in loco querendus.

Año 1145. renovata fuit Fealentinis cum Augiennibus;  
 et año 1185. cum Moguntinis. ex quo loquitur, eandem  
 jam pridem etiam cum posterioribus initam fuisse,  
 licet in isto codice, quem pro manibus habemus,  
 nullum de his vestigium reperiri possit.

Quae hactenus ex Goldasto recensimus, praemula  
 sunt, quae in isto Manuscripto non extant. Subijcit  
 deinde nomina Fealium Conscriptorum, cum quibus  
 absolute incipit memoratus codex.

Enumerat Goldastus fere omnia Monasteria,  
 quae in istis paginis continentur, sed non semper  
 eodem ordine. nomina quoque excipit horizontaliter,  
 quae pro verticaliter legi debebant. Sic ex folio  
 29. Brun. Alstae p. numerat inter monachos  
 caenobij S. Petri, qui certe aliorum pertinent.  
 Sic eundem titulum inscribit: Sorumque Confesso-  
rum, cum scribere debuisset Sanctorumque Confesso-  
rum. Sic fol. 29. perperam interpolatum medio titulo  
 inscribit. Copiam Monasterij Veni describit, ac si  
 foret distinctum a Mnisio Vande. Multa nomina  
 excipit, prout libuit, alijs praetermissis.

Regum Angliae et Galliae, eorumque Comitum et  
 Episcoporum nomina, non amplius in Mss.  
 extant, quae tamen Goldastus recenset, supra  
 ad fol. 20. jam notavi, eorumque defectus in-  
 nuavi. Nunc ex eodem Goldasto adscribere  
 juvat.

167

Instrumentum Fratemitatis.

Inter Monasteria S. Galli et Rhenovienſe Anno ab  
Incarnatione Domini DCCC LXXXV. indictione III. im-  
perante Reverentiſſimo Domino Karolo Imperatore Augusto  
facta est conventio Salubris inter Monium S. Galli,  
cui tunc venerabilis Abba Bernhardus praesere vide-  
batur, et aliud Monium, quod Rinowa nominatus,  
ubi Wickramus Abba praesuit ipso tempore, videli-  
cet ut quaecumque de uno istorum Monis ad alium  
(sive aliud) Monasterium nomina defunctorum per-  
venerint fratrum, plena Missarum et vigiliarum,  
psalmodiarum, et oblationum commemoratio peragatur,  
sicuti solent in utraque parte pro suo proprio agere  
fratre.

Disquisitio Specialis

circa folium 28.

ubi Catalogus Rhenovienſium exhibetur.

Folium est unicum, cuius antea pars absissa  
fuit. Columnae quatuor non quidem coloribus, sed  
lineis quaternis stilo in praesens, distinctae sunt,  
ad modum aliorum subrequeentium foliorum. In  
summo inter similes lineas rubro colore legens ti-  
tulus praesens tres columnas complectens exhibetur.

Nomina Fratrum de Monasterio Rinowa.

Characteres eiusmodi sunt, qui cum seculo nono opti-  
me conveniant. To Frum lou fratrum indicat  
monachos; nam Pater in Catalogo, quem praes-  
fixit Goldastus, nominantur illi tantum, qui  
membra erant Ecclesiarum Cathedralium. Nomen

Rhinawa pro Rhenaugia sic quens est in Diploma-  
tibus illius Seculi.

Primo loco, utiq; honoris gratia, ponuntur tres  
Abbaes, qui certe non simul Munium regerant:

Wichram abba.      a<sup>no</sup> 885.

wolvine abba.      a<sup>no</sup> 878.

Antwart abba.      a<sup>no</sup> 858.

Wichram ille ipse erat, qui iuxta instrumentum  
Superius descriptum Fraternalitatem inijt cū Bernardo,  
qui a<sup>no</sup> 880. Abbas S. Galli electus fuit. Duo ex  
liquis Abbaes eius erant in regimine antecessores.  
Suscipiebantur enim in Fraternalitatem non solum  
presentes et futuri, sed etiam, ut ita dicā, praeteriti.  
Ita Pizinus (p. notiones affers.) Carolus M. Ludovicus  
q. iam demortui inscribuntur folio 31<sup>o</sup> et 32<sup>o</sup>  
Wichrami primo in edictis praedecessor erat  
wolvine seu wolvine, qui postquam Munium  
Rhenaugienre, ab Avo et Patre suo fundatum,  
sed ab inimicis fere destructum, ex integro restau-  
ravit, ipse monachus et Abbas factus est anno  
858. testantibus pluribus chartis et Diplomati-  
bus origin alibus. vixit adhuc a<sup>no</sup> 878. ut patet ex  
Charta XX. A. I. 5. Hic ergo vi adeo nobilis,  
Illustis, ac S. Gallensibus notissimus in eorum  
libro Fratrum Conscriptorum praet. citari non debuit.

wolvenum praecipit Antwart, de quo charta  
VI. legitur: ubi Antwart Abba praesepre videtur.  
De tempore tamen dato huius chartae non convenit.  
In controversia sunt a<sup>ni</sup> 844. 850. et 867. Ego  
ex rationibus alibi datis assignandum puto a<sup>num</sup>

856. Qualiscunq[ue] interim assignatus, quod ad  
 dilucidandum presentem Catalogum parum con-  
 ducit; dicendum est Gozpestum I. Abbatem immediate  
 ante aut post Antwartum esse collocandum, de  
 quo mirum apparet, quod in presenti Catalogo  
 nulla mentio fiat. Sed serupulum exemit vir doctif-  
 simus A. R. P. Basilius Ballasar Subprior S. Galli,  
 quando demonstravit, eundem Gozpestum a Wolveno  
 Restauratore a[n]no 852. ex ipso Monio S. Galli  
 postulatum fuisse, et in Concilio Moguntino a  
 Ludovico Germanico confirmatum; praetereaq[ue] inter  
 extraneos conscribi non debuit, qui membrum pro-  
 prii Monij erat, ad quod etiam probabiliter post-  
 liminio redijt. Hoc saltem ex horum vium Abbate  
 Inscriptione loquitur, Catalogum hunc a[n]no 885. aut  
 paulo post vivente adhuc Wicheamo Abbate scribi  
 cepisse; nam si postea in chartis fuisset, certe Goz-  
 pestus II. qui jam a[n]no 888. profuit, aut Rupertus  
 huius successor adscribi debuisset, de quorum neutro  
 illa ratio, quo de Gozpesto I. militat.

Post hos Abbates adscripti sunt illi, qui eo ipso tem-  
 pore inter Fratemitatis sub Wicheamo Abbate  
 vivebant. Colligitur hoc ex toto libro, ubi Presules  
 cum totis suis Conventibus jugiter inscripti reperun-  
 tur. Evidens insuper est, quia Luitp. ech Subdiaconus,  
 qui numero 21. ponitur, instrumentu[m] quoddam  
 a[n]no 892. confecit, quod habetur in archivo nostro  
 A:1. n.9. ergo certo certius a[n]no 885. inter vivos  
 huius Catalogo adscriptus fuit. quousq[ue] vero sub  
 Wicheamo viventes sese extendant, pro certo defini

\*.2.\*.\*

non potest. vidimus supra in Mss. folijs 10. 22. 23. 24. et 26. viventes propositos fuisse jam mortuis. Hoc igitur etiam in presenti catalogo contigisse, indubitatum est. Sane S. Fintanus jam defunctus, at a<sup>no</sup> 878. Hoc credibile est, sequentes amplius vixisse, nimirum Luab, qui iam senex a<sup>no</sup> 857. Munium in quo fuit: Moginrad, qui anno 855. gradatus Presbyter, erat: Sigimar, qui anno 856. Filium Quiricum habebat monachum, ipse Fundator. M<sup>ni</sup>j S. Blasij, quod Rhenaugio ill<sup>o</sup> a<sup>no</sup> tradidit cum semetipso. Certum igitur est, viventes usque ad S. Fintanum se non extendere. Credibile tamen Winilthecium inter vivos censeri, cum ex charta 10. constat, cum post a<sup>nu</sup>m 875. factum fuisse monachum. Licet ergo vivos usque ad hunc inclusive numerare.

Adalhart p <sup>u</sup> b.	Anni	Charta.
Sarahth <sup>er</sup> p <sup>u</sup> b.		
Thiotine p <sup>u</sup> b.	853.	III.
Liutheri p <sup>u</sup> b.	856.	V.
othart mon.		
Irumbrecht p <sup>u</sup> b.		
Pa <sup>u</sup> l mon.		
Rich <sup>ar</sup> d <sup>o</sup> p <sup>u</sup> b.	878.	XX.
Adileo <sup>g</sup> diae.		
Humbert <sup>o</sup> p <sup>u</sup> b.		
Engilgo <sup>o</sup> mon.		
wolfhart p <sup>u</sup> b.		
Engilhart diae.	876.	XV.
Edalgo <sup>o</sup> p <sup>u</sup> b.		
Cunthero sub.		
Fuin <sup>g</sup> o <sup>o</sup> p <sup>u</sup> b.		
Adaling diae.		
Lud <sup>o</sup> p <sup>u</sup> b. lib.	892.	II. 9.
wolf <sup>o</sup> p <sup>u</sup> b.		
walt <sup>o</sup> sub.		
othard sub.		
wolfhart sub.		
othine sub.		
winilthec. cl <sup>o</sup> .	875.	XIII.

Sub wicframo Abbate a<sup>no</sup> 885. viventes.

Horum mentio fit in archivio nostro ante et numerois adscriptis, quorum priores illo tempore quidam iuvenes, anno autem 885. Seniores effecti fuerant. confirmari potest hae supputatio, quia in subdiaconis et clerico expirat.

Rumolf pib. Anni. Charla.

Lobegis pib.

odalhart pib.

Rich ~~hart~~ pib.

Wago mon.

Herim as pi.

I. Tindan mon. 878. Mrs.

Engilhart pi.

Emicho pi.

Luab pi 857. VII.

Wolke mon.

Ludo sub.

Meginhart pi. 855. IV.

Tindian sub.

weifher pi.

Hiltine pi.

Tunach mon.

Sigimar mon. 856. V.

Thim golt mon.

Anno 885. iam defuncti.

Hos postea, eos tempore incho. Tractum illis iam defunctos fuisse existimo: certum porro est omnes fuisse monachos Rhenoviancos, cum una eademque manu, similique modo addita nota qualitalis, nimirum Pico-lyleri, monachi p. adscripti fuerint, De reliquis usque ad eolum nam vestiam ferme expirantem non ita liquet. Existimati sunt hactenus paucos Rhenovianos, quod omnes uno tractu et sub eodem titulo adscripti sint, neque credibile videretur, non plures Religiosos a tempore foundationis infra centum ferme annos Rhenovij vixisse: accedit, quod ad

Cetera inter polata, certe sunt Ahenovienses; cuius-  
usque non etiam in linea recta positi? qua propter  
Copie quaedam à S. Gallo transmissa eos omnes  
additis etiam in columna quarta contentis nota  
Monachorum Ahenoviensium affereunt.

At id non obstantibus, credibilis videtur, hos  
non pertinere ad Catalogum Ahenoviensium. Ratio-  
nes sunt: quia diversus appa. et Character, et Den-  
ti dem mutatus: modus quoque scribendi à preceden-  
tibus alienus, cum nullo amplius addantur nota  
pib. aut mon. Nulle insuper admiscantur  
feminae, in precedentibus ignota, ut Remint,  
Willimat, Fella, Hattla, Hillidint, wolle moat,  
Hittla, Adalrint, willihilt, Win esal, Rienhilt &c.  
Et quæso! ad quale tempus collocabimus hos  
Religiosos et unacum feminis? an ad præcedens,  
ut unacum mortuis fuerint adscripti? et certe  
dehinc fieri uno characteris eodemque modo omnes  
feminas adscribi, vel ad tempus subsequens post  
regimen wickhami abbatis, id est ad sæculum  
decimum, quo sæculo hæc nomina certe fuerint scrip-  
ta, cum interpolationes sub initium sæculi se-  
culi undecimi fuerint addite? et dehinc fieri ad-  
scribi quoque Abbates, qui illo tempore præerant,  
Gozpertus II. Rupertus &c. aut saltem Monachi  
ut Tolkner p. præterquam quod de nullis nomina-  
bus horum inscriptorum, de nullis etiam feminis  
usque ad sæculum duodecimum ex monumentis  
nostris constat.

Ad rationem oppositam facilis est responsio. Nam  
qui codicem vel obiter inspicit, statim animadvertit,  
sub eodem titulo, eodemque tractu diversorum nomina  
subscripta esse. Certe folium Ahenoviense quoad  
characteres et modum scribendi maxime convenit

cum Mönij's clingenensi, Javariensi, et Tabiensi  
 folijs 14. 16. et 17. et haec columnam secundam non  
 supra quædiuntur, licet titulus omnes quatuor lineas  
 afficiat. Nonne necesse erat, ut omnes Religiosi à  
 tempore primæ foundationis huius Catalogo inscriberen-  
 tur, sed sufficere poterant ij, qui à tempore Restau-  
 rationis scilicet a. n. 852. quo tempore etiam  
 S. Tintanus monachum induit, qui adhuc in hominum  
 memoria adhuc existerent; et hoc nec plures una  
 cum ijs, qui facte ex Mönij's S. Galli et Augie  
 Divitiis inducti fuerant, eatenus Ahenovij habi-  
 tafre, non est incredibile: quod si etiam aliquos  
 addas, vix supra triginta, demptis feminis, nu-  
 merabis. Inter polati Ahenovienses sunt, et hos  
 interpolator sub titulo Ahenoviensium ibi cepit  
 inscribere, ubi veri Ahenovienses desierant, quia  
 extraneis nominibus lineæ recte iam erant im-  
 pletæ; nec inde necessario sequitur, hactenus  
 inscriptos ex eodem Mönio fuisse. Certe folio  
 18. ubi nomina Episcoporum inscribi debuerant,  
 post Abbates aliosque extraneos manu secundâ  
 inscriptos, denuo Ligiscidus, Adalbero alijque Epi-  
 scopi supra additi fuerunt.

De copiâ hactenus à S. Gallo transmissis paulo  
 amplius nobis sermo habendus est, quia anam errandi  
 hactenus multis præbuerunt. Fuit ergo quædam  
 copia seu extractus transmissus iam a. n. 1627. ab S.  
 Joanne Goiger; sed dum interpolatos in ordinem  
 redigebat, feminas omisit, subinde in terminationem  
 masculinam mutavit, et conuersos ad finem reiecit,  
 ita ordinem totius Catalogi turbavit, ut novus om-  
 nino et aliud à præsentis originali videretur, quem  
 ex distincto quodam neurologio derumptum putavit.

verum Singula nomina accurate examinati constabit, nihil in hac copia contineri, quod non in ipso originali legatur, praeter additiones quaedam, quas ipsi Rhenovierenses in diversis descriptionibus addiderunt, voluti Gogrestum et Fichtilonem Abbates, qui in prima copia à S. Gallo transmissa ut vidi, non continebantur. Igitur iste extractus non plus probat, quam ipsum originale. alia copia accurate delineata transmissa fuit Anno Bernardo p. m. Abbati nostro: Sed ita ad usum fieri non potuit, quin aliqui errores intercederent: varietas quoque atramenti imitari non potuit: Notker abbas ante primam columnam cum toto conventu suo hactenus semper omisus fuerat. Prohibuit quoque tam accurata delineationem confingendi duos novos Abbates hactenus incompositos, Othardum scilicet et Quadraltum, quod nimirum à Catere illis haec nota adscripta videantur: aba: alba: Sed insipienti originali evidenter patet, has voces non pertinere ad quartam columnam restam, sed esse nomina interpolata femininum ad latus adjecta, et perpendiculariter hoc modo legenda.

Alba Regina Hillrat.  
 uxor Hugonis Aha.  
 vixit. Sec. 10<sup>mo</sup> Alba.  
 Verste Mabill in Heseluit. &c.  
 anal. Bren.

Est Hillrat femina est, nec minus aba et alba, ut videre est in Catalogo femininum fol. 30. et in Alphabeto vadiani in hunc finem confecto. Hinc ergo nova Joanna Pappisa seu Abbatisa videndam se reddidit. Poterat error animadverti

Alba Regina  
 Hillrat et  
 uxor Hugonis  
 vixit. Sec. 10<sup>mo</sup>  
 Verste Mabill in  
 anal. Bren.  
 H  
 Alba Regina  
 Hillrat et  
 uxor Hugonis  
 vixit. Sec. 10<sup>mo</sup>  
 Verste Mabill in  
 anal. Bren.  
 H  
 Alba Regina  
 Hillrat et  
 uxor Hugonis  
 vixit. Sec. 10<sup>mo</sup>  
 Verste Mabill in  
 anal. Bren.  
 H  
 Alba Regina  
 Hillrat et  
 uxor Hugonis  
 vixit. Sec. 10<sup>mo</sup>  
 Verste Mabill in  
 anal. Bren.  
 H

Hilfrude Supra loco adscripta, quam sequitur  
Siechlilo et Huc, id est Hugo non uero Abba :  
 Deinde Hartman et omnes debiles eius, qui  
 certe non erat Rhenoviensis cum reliquis in co-  
 lumna quarta contentis et interpolatis, incipien-  
 do ab Adalhart ad finem columna tertiae ad-  
 scripto, ueluti ex characteribus patet, et ex modo  
 scribendi totius libri. multo minus ergo ad Rheno-  
vieneses pertinent, qui in folio sequenti 29. auerso  
 columna prima aut secunda continentur, licet Mniū  
S. Seli primum, postea inchoatus, sequitur enim  
 tantum, priores columnas prius fuisse conscriptas,  
 sed quorum nomini bus, quid diuinabit?

Gratitudinis ergo hic nominare non omittam H.  
R. P. Deuolam Curte. St. chiuarium S. gallensem  
 eruditissimum, qui per communicationem ipsius  
 originalis tantam lucem nobis infudit, ut errores  
 absterit, et Abbatem cum integro conventu restituit.

Ad Interpolatos ueniendum, qui hoc in folio non  
 prout alibi confusi, sed satis ordinate eodemq;  
 calamo adscripti sunt, adeoque maiorem attentio-  
 nem merentur. Igitur post Thingoltum monachū  
 eorum Rhenoviensem ex latere adscribitur  
Wiprecht Abba, id est Wiprecht, nam ueteres litterae  
 e. per libilum instar s. pronuntia bant. uerum  
 cum iste primum circa anū 970. profuerit,  
 miram uidetur, eue alij Abbates intermedij fuerint  
 omisij, nimirum Gozbertus II. et Rupertus ? cau-  
 sa alia parlo non est, nisi deuastatio Voluis Mon-  
nasterij sub initium saeculi decimi ab Hungaris illata,

postquam Abbatibus aliquamdiu Caruit Mönium,  
 donec eidem per S. Conradum Epus Constantiensem  
 restitutum prefectus est Wiprecht, seu wipertus,  
 qui forte Fraternitatem cum Mönio S. galli  
 renovavit: vel, quod verisimilius apparet, propter  
 similitudinem characterum et attributi, sub  
 Notkero abbate renovata fraternitate, Rhenovien-  
 sed, qui ab Hungarorum incursum hactenus vix erant,  
 simul transmissi fuerunt, huc libere inveniendi.  
 Hinc wiprecht statim subscribitur Sigehart, non  
 vero Sigehart, ut hactenus lectum, cum aliquot  
 monachis qui ob breve regimen wiperti forte  
 adscribuntur Sigeharto ad an. 980. hoc ordine:

wiprecht abba.      a. 970.

Sigehart abba.      980.

Edalke.

Managolt.

Alberik.

Ferikhe.

Wadalhart.

Engildecalh.

Adalbract abba a. 990.

Hic Abbas, qui a. 992. miserabiliter occisus  
 fuit, alio nomine Adalbertus, inter polatus superius  
 post columnam tertiam. forte quia scriptor novam  
 seriem inchoare voluit, ut enim ex rarua conijeci-  
 tur alia nomina subscribitur erat: sed non invento  
 spacio mutavit concilium, et ante columnam primam  
Notkerum cum suo conventu adscripsit. Adalberto  
 non erant addendi monachi ob breve viximum regimen.  
 Notkerus sine dubio jam a. 992. electus reperitur

nominatus in Diplomate Ottonis 3<sup>ii</sup> a<sup>no</sup> 995. Sed  
de eius Conventu nihil hactenus nobis notum, quia  
ab primas litteras abscissas omisa fuit descriptio.  
Sentae tamen nobis liceat.

- 1. otker abba. Notker. a<sup>no</sup> 995. charta XXIX.
- 2. ltker p<sup>ri</sup>. Altker.
- 3. delbep<sup>ri</sup>. Adalbert.
- 10. p<sup>ri</sup>. forte Ato, Hato, Talo, Eto.
- dalk<sup>ri</sup> diac. forte Adalhart, wodalhart.
- nelg<sup>ri</sup> diac. forte Amelger, Inelger. fol. 70. ms. 447. 94.
- piolt<sup>ri</sup> diac. forte Kerolt.
- rrhkelo. forte Gyphkelo.
- dolbi. forte Adalbert.
- oringe. Foringer, weinger.
- 18. stein. forte Rostlein.
- Vipact. wipact.
- eltelo. forte Tolkelo.
- 20. forte Otto, duitto, Alto.
- 19. geboto. Sigeboto.
- 1. eikho. forte Reikho.

Veram tempe op<sup>er</sup>e hanc explanationem non defendo:  
aliqui hominum reperiantur in Bibliotheca nostra, quod  
Kalendario adscriptum est sine dubio iam saeculo un-  
decimo exarato, ut Adalbert, gerold, weinger, Sigeboto,  
et fortassis Birchhilo hic notatus ille ipse est, qui pos-  
tea a<sup>no</sup> 1026. forte Mabillonio factus est Abbas nostre.

Post Notkerum adscribendi fuissent Abbates, qui sa-  
eculo undecimo Monio Rhenoviciensi profuerunt, nimirum:  
Burchardus, Birchhilo, Richardus, Gerungus &c. quibus  
tamen amissis, post columnam tertiam interpolan-  
tur duo Abbates wolvone et otto, qui post eias-  
jam Abbas fuit a<sup>no</sup> 1107. cuius ac totius conventus  
hic descripti nomina in memorato Mss. 742.  
reperiuntur illata.

habetur in <sup>citato</sup> memorato calendario quidam voluene  
 Monachus, quem hunc Abbatem fuisse ex temporum  
 convenientiis suspicari licet. cum simul cum Ottone  
 Abbate fuerit inter-polatus, videtur eidem immediate  
 esse ante <sup>notus</sup> positum. Pluribus de hoc agemus in seculo  
 festo hirtariae notis.

Abbatos seculi undecimi in presenti catalogo omnes  
 omnes fuerunt in loco dicto calendario cum omnibus  
 monachis illius temporis notati, quibus tanquam post-  
 remus additur Otto abbas n. c. id est notis con-  
 gregationis. Aunc credibile est, renouasse Frater-  
 nitatem cum Monio S. Galli, atq; adeo eundem cum  
 toto suo conventu una serie fuisse adscriptum  
 quam haec apponimus cum notis citati Mro. nostri 76.

- Otto abbas. obiit 26. Nov. a. n. 1122.
- Arnolfus. 2. Sept.
- Pringerus. 18. Maij.
- Burchardus. 22. April.
- Anno. 9. Febr.
- Luitoldus. 5. Febr.
- monachi.
- Hebhardus. 9. Decemb.
- Lanzardus. 19. Junij.
- Pringerus. 14. Decomb.
- Rudolfus. 3. Decomb.
- Alban. 3. Decomb.
- Heinricus. 2. Maij.
- Dickhelmus. 23. Febr.
- Ruogerus. 11. Febr.
- Arnoldus. 11. Febr.
- Heinost. 29. Maij.
- Cuono. 11. Aug.
- Evansi.
- Regimbo p. b.

Ma. obiit 22. Aug.

Mahlhilt 22. Jan.

Quota.

Mahlhilt 21. Febr.

Marbuc. Diemar abbas. año 1125.

Richinza. 29. Decemb.

Sacerd.

Hi omnes notantur in Calendario Mss. 711.2. una- cum ipsdem notis Monachi scilicet conuersi aut so- roris. exceptis Ruogero, Quota, et Marbuc, qui facte scriptorem illius Neurologij seu Calendarij Supervix eunt, unde dies eorum obitus ab coinserti non potuit, prout nec inrepsit Diemar Abbatem, licet ipso regnante reliquos inrepsit, cum aliis obitum ipsius ottonis Abbatis notare non potuisset.


Diemar Abbas itaque ultimus huc folio D. gal- lensi inrepsit fuit, et quidam in imo columna quarta, ubi nimirum scriptor spatium scribendi inuenit. Scriptus videtur eadem charactero et attamento, quod wolvene Abbas superadditus, ab eadem factis scriptor, qui conuentum ottonis dereserat, sed paulo senius, dum nir- misum Diemar ottoni succesit.

Supersit Regim bestus Presbyter, qui ad leue precedentium non pertinet, ut character, color, et qualitas perona demonstrant. Nec dubito, hunc ante alios interpolatos scriptum fuisse in loco vacuo, qui inter Cyrac et Adalhart relictus fuerat; sed quia in marginem protracta erat scrip- tura, necesse erat, ut scriptor calalogi ottoniani tran- siliret, et Sacerd, post Presbyterum illum subscriberet.

Dubitandum proin non est, hunc Reginbertum ante  
 Ottonem vixisse, et probabiliter id ipse est professor  
 Rhenoventis, qui Saeculo undecimo Codicem scripsit,  
 sub n. 73. adhuc exstant in. MS. Re melius  
 examinata, deprehendi Reginbertum Codicis  
 memorati scriptorem non fuisse Monachum Rhe-  
 naugiensem, sed Augia Divitiis; proinde Regin-  
bertus iste potius ex Cella Alba seu S. Blasij  
 Rhenaugia adjuclare petendus, ubi Reginbertus  
 quidam vir Sanctus Saec. 10. mo vixit.

Cic haec enus dubis sequitur, Colum nam primam,  
 et pro parte secundam scriptam fuisse Saeculo  
 nono ad finem vergente: reliqua fere totius  
 huius folij in lineis rectis Saeculo decimo: inter-  
 polata post colum nam secundam et ante  
 colum nam primam expirante eodem Saeculo  
 decimo aut sub initium undecimi: denique inter-  
 polata post colum nam tertiam ad initium Saeculi  
 duodecimi. Latamus tam praeclearum ac  
 coevam MS. cum Rhenoventibus monumentis  
 in plerisque mirifice convenire: quo adhuc ob-  
 scura sunt, forte cum tempore in maiorem  
 lucem educentur.

... hanc Regia ...  
 ... ab illa ...  
 ... undecimo ...  
 ... ad ...  
 ... Regia ...  
 ... non fuisse ...  
 ... dicitur ...  
 ... illa ...  
 ... relatu ...  
 ... jo ...  
 ... quibus ...  
 ... Regia ...  
 ... reliqua ...  
 ... id ...  
 ... laudam ...  
 ... sua ...  
 ... undecimi ...  
 ... hanc ...  
 ... hanc ...  
 ... hanc ...  
 ... hanc ...





184



Fundat  
 Anno 1750.  
 prodijt, Su  
 Anglia  
 quod  
 gines Gu  
 moria,  
 nom, que  
 Answicen  
 equalium Sc  
 plicis, An  
 Sup  
 mendis ca  
 phofredo G  
 regy Cear  
 bonne Pan  
 inductum  
 bus castigat  
 Chriftiano  
 Quellica ad

In hoc opere  
 Quellhallo d  
 Anum, epif  
 1709 ab  
 Welfardum  
 parte 2. pag.  
 Fundatore m  
 ge Welf, Pa  
 fca fuit Cu  
 domus que  
 Jurat ration  
 dome ficiis,  
 die tenebris  
 fundatione

1.  
187

Welfo  
Fundator Monasterij Rhenaugienfis.

Anno 1750. opus praestantissimum in lucem  
prodiit, sumptus necessarios suppeditante  
Rege Angliae, quatuor magnis voluminibus in  
folio, quod sequentem titulum praefert:  
„Origines Guelficae, quibus potentissima gentis  
„primordia, magnitudo, variaque fortuna usque ad  
„Ottonem, quem vulgo puerum dicunt, primum  
„Brunswicensium et Cuneburgensium Ducem; ex  
„aequalium scriptorum testimonijs, instrumentis  
„publicis, Statutis, Capitulis, gemis, sigillis, numis,  
„alijsque superstitionibus monumentis deducuntur, et in  
„compendijs exhibentur. Opus praevult G.  
„Godefrido Guilielmo Leibnitio, Nilo G. Joannis  
„Georgij Eccardi litteris consignatum, postea a G.  
„Johanne Stanicle Grubero novis probationibus  
„instructum, varijsque per necessarios animadversioni-  
„bus castigatum; jam vero in lucem emissum a  
„Christiano Ludovico Schneidjo I. C. Recentissima  
„Guelfica adscribenda historia. Hannoverae 1750.  
„in fol. cum figuris.

In hoc opere, praescribente Illustrissimo G.  
Mareschallo de Zurlauben, membro praestantium Lit-  
-terarum, epistola Parisijs data die 7.<sup>ma</sup> Aprilis  
An: 1700 absolute defenditur p. 14. l. II.

Wolfehardum, quem Goldastus, Rerum Aleman l. I.  
parte 2. pag. 254. dicit, Comitem Kyburgi fuisse,  
et Fundatorem Monasterij Rhenaugienfis, ipsissimum  
esse Welf, Patrem Judith Imperatricis, quae despon-  
-sata fuit Ludovico Pio, et qui Fundator est  
domus Guelficae, seu Welforum.

Juvat rationes perspicere, ac documentis tum  
domesticis, tum alienis succollare, ut res tam  
diu tenebris obvoluta, post mille saecula a  
fundatione annos, in lucem emergat clariores.

Fundatores.

Fundatores Rhenaugie ex nobilissima Alemānia  
 prosapia fuisse oriundos, non solum constat ex vita  
 S. Jantani per Goldastum edita, ubi Viri nobilis in  
Alemānia, et Senioris occurrit nomenclatura: Sed id  
 multo efficacius probatur ex diplomatis origi-  
 naliter adhuc existentibus. Sic enim ipse Ludovicus  
 Rex Germaniae a<sup>no</sup> 852. Wolffenum nominavit  
Virum nobilem de Alemānia: Rabanus Metropolitano  
 Moguntinensi, et Salomon Epus Constantiensis ....  
 quemdam Nobilem Virum de Alemānia, nomine  
Wolffene, cujus Avus et Pater, nec non et ipse quoddam  
quondam, Rhenaugia nuncupatum, in Alemānia con-  
struxerunt, oblatibus nostris representarunt.

Sic filius Ludovici Carolus (casus eundem Wolffenum  
 a<sup>no</sup> 870. Virum Illustris, nuncupare non dubitavit: Vir quidam  
Illustris, nomine Wolffene mihi Karolo Ludovici  
Reverentissimi Regis filio de sua proprietate constructum  
Monasterium in jus proprium post suum obitum  
constituit habendum. Similia occurrunt in alijs  
 chartis, in quibus Sapius Wolffenus Dominus loci, et  
Senior vocatur. Senior, inquit Almus Eurlaubig  
 cum Eccardo, hic significat Dominum terra; inde  
 venit vox Gallica Seigneur, italica Signor, Hispana  
Senor. Monasterium Rhenaugiense erat adifica-  
 -tum in territorio, quod proprium, et plene ad predictum  
 Dominum spectabat, qui vocatur Nobilis Vir; Titulus, qui  
 tunc non dabatur, nisi Viris ex summa nobilitate  
 descendens, scilicet Comitibus. Addam et ego:  
 Titulum Illustris dari solitum Viris ex Regia  
 stirpe procreatis.

Jam vero nomen, tempus, et locus cum Wolffene  
 nostro, quem avum Wolffeni credimus, conveniunt;  
 quid igitur restat, nisi ut primum Rurij nostri  
 Fundatorem fateamur. Singula perscrutemur.

Wifhard, Welfhard, Wolffhard, Eurlaubij verba  
 sunt, et idem nomen, ac Welf, Welfo, Quelfo; auctores  
 medie aetatis his vocibus usi sunt indifferenter.

Id probant viri eruditi ex quodam descendente ex familia  
Welfica, quem Hermannus contractus vocat Welfum; He-  
 -pidannus vero Monachus San-gallensis Welfhardum:  
 Sava contentionis fomes, inquit ipse, apud Goldastum, ad an:

Ad an: 1031. exarsit in sacrosancto die Paschali apud Vindelicam Augustam inter Hunoradum Regem, et patrem eius Hunoradum, cui etiam Ernest consobrinus eius sua Alemannia, et Wolfhardus Comes postea confederati, simul rebellare sunt ausi. Hermannus vero contrafectus ad an: 1028. ait: Ernestus Dux, et Welfus Comes suado Imperatori ad deditorem veniunt. Non absimile animadvertere licet in ipso Welfo totius stirpis capite, et primo fundatore nostro, quem Theganus Crepus Trevirensis Auctor cominus vocat Welfum, Anonymus Astronomus, pariter equalis Welfum, denique Lampertus Schafraburgensis, auctor quidem etate illis paulo inferior, nuncupat Welfin. Audiamus singulos de eadem re ad historia nostra non aliena loquentes: Testis Thegani: "Sequenti vero anno Imperator Ludovicus Pius ano 819. accepit filiam Welfi Ducis, qui erat de nobilissima stirpe Bavarorum, et nomen Virginis Judith, que erat ex parte matris nobilissimi generis Saxonici, eamque Reginam constituit." Testis Lamperti: "Ludovicus Judith filiam Welfin uxorem accepit." Testis Astronomi: "Imperator inspectis pleeriq. Nobilium filiaribus Welfi Comitis filiam, nomine Judith, uxorem duxit." Audiamus postea ex testamento Fulradi eundem Welfum, ipsdem penè litteris Wolfhardi capreum. Occurrit idem Welfo sub nomine Wolvini Comitis Brisgavie ad an: 805. apud Schoepelinum J. I. Hist: Badensis pag: 420. ex Charta San-Gallensi apud Herrgottum. Ceterum bene advertit Helmus Zuelau-Bius, historicos eorum temporum adhibuisse absq. distinctione Titulum seu Comitis, seu Ducis, quia erant officia non hereditaria, sed ad nutum amovibilia: dignitas Comitis erat iudiciaria et civilis, Ducis vero erat militaris. Majores nostri non semper primum Fundatorem nostrum Wolfhardum vocarunt, sed subinde Welfinum, aut Wolfe-num, sub quo eodem nomine omnes huc communiter Fundatores nostros intelligebant. Vitus Prior Oberpergersis, qui chronicon Bavaticum composuit, ano 1495. vulgatum à Pedro J. B. Anecdotorum; patrem Judithæ vocat Wolf, quod certe lupum significat à prisca Teutonibus in similitudinis Symbolum Marti Sacratum: addita particula Hart, firmitatem quandam designare videtur, uti in nominibus Markart, Erhart, Sighart, quæ subinde præponitur, e.g. Hartman, Hartmut, nullum igitur restat dubium, quin idem Wolfhardus possit esse Welfus.

P. Romanus à Caussen

Tempus

Tempus, quod attinet, praecipue impulit viros illos  
 eruditos, originum Guelficarum scriptores, ut hanc  
 in sententiam incidere. Ruthardus, quem patrem Welfi  
 esse probant, circa medietatem saeculi Octavi floruit. Anno 752  
 teste Anastasio de vitis Pontificum, dux Ruthardus ad S. Mau-  
ritium in Valesia missus fuit cum Judrado Abbate S. Dionysiani,  
 ut ibi crederet Stephanum tertium Papam. Anno 753. idem  
 occurrit sub nomine Cheotardi in actis Conventus Parisiensis,  
 occasione Murij S. Dionysiani celebrati apud Mabilonium de  
 re diplom: T. VI. Cap. 40. Paulo post Ruthardus missus  
 in Alemaniam unacum Wazino persecutus est S. Othmarum;  
 quod tamen malefactum compensavit per fundationem Mon-  
asterij Gengenbaccensis, et Schwarzachensis: videtur per-  
 venisse usq. ad annum 708. quo refertur subscriptus in quadam  
Carta a Goldasto T. 2. p. 1. pag. 39. sub Rothardo comite.  
Murium Rhenaugiense dicitur primitus fundatum: quin imo  
 eo ipso ano, quo a Majoribus nostris traditum accepimus, initia  
Monasterij nostri referenda esse. Occurrit Welfo, sub nomine  
Wolfsardi in testamento Abbatis Tulradi, quod Mabillo-  
nus ea autographice integrum edidit in actis S. Benedicti:  
 Sac. 3. p. 2. fol. 341. Sic enim legitur; quamvis mendosa pro-  
 more illius aevi. subscriptio: „Actum publice Haeistalli ano  
 „nono et quarto regnante Carolo gloriosissimo Rege Francorum  
 „et Engobardorum, atq. Patricio Romanorum. Ego Tolradus  
 „capitaneus S. in Dei nomine. Maginarius consensu et S. Signum  
 „Tudrico. Hamceado consensu. Signum Welfardo.  
 „Signum Haderto q. vocalis prima in hoc nomine omnibus est,  
 „qui o vel e substitui posuit. Simile affert Mabilonius in Anal.  
 „fo. 2. ad an. 773. Signatum fuit hoc testamentum anno  
 „778. quo refertur initium nostrum Monasterij.  
 Erat illo ano Carolus M. Haeistalli prope Mosam, ano nempe  
 regni sui Francici nono, et Engobardici quarto, ubi coercitum  
validum contra Saxones iterum rebelles congregavit: inter  
Duces confluentes unus erat ex Alemania Welfardus, quem  
Viri illi eruditi, de quibus jam saepè, Welfum esse volunt, qui  
cum alijs Principibus: omnes enim Principes putat fuisse  
Mabilonius: illi testamento subscripti. Fortè his haec  
ipsa expeditio bellica animum indidit Welfoni ad  
condendum novum Monasterium: certe qui ducendo coe-  
ritus capax erat, valeret quoq. etate, viribus et opibus  
pro condendo monasterio; habetur itaq. et tempus et anum.

Corus

Cuius Fundatorum nostrorum, qui in diplomatis designatus  
 est Allemania: Vicum nobilem de Almania: notum est,  
 Airpem quelliam praestantissimam in Almania fuisse.  
 Walafredus Arabo in vita S. Ottonis C. 4. dicit: quod  
 Wazinus et Ruthardus tunc totam Almania gubernarint,  
 id est, in interprete Euzlaudio, Sueviam et Helvetiam germa-  
 nicam, usq. ad Rusan flumen. Ex Ruthardo, non ex Wari-  
 no prodijt gens Almanica quellorum, quod bene nota-  
 dum contra Bucelinum part. 2. Historia Agilolfica  
 pag. 301. aliosq. qui me hactenus in errore detinuerunt.  
 nam Wazinus, alias Werinher, aut Wazmann generi franco  
 erat, ut directe testatur auctor vita S. Pimmiij Cap. XV.  
alta Francorum nobilitate propagatus: is donavit S. Piz-  
 minio fundum in finibus Episcopatum Trevicensis et Meten-  
 sis ad constituendum Monasterium de Hornbach: ejus  
 Pater vocabatur Wegenleuto, uti probavit Techerus in opere  
 cui titulus: Origines Palatinae pag. 48. et seq. videatur  
 etiam G. Eccardi Acta Ghibellinum: filius Wazino Grambertus  
 erat, ut constat ex Eccardo San-Galensi apud Goldastum pag.  
 300. consecutus autem seram Grambertus filius Wazini per-  
secutoris nostri Ottonis ubi idem scriptor addit, Grambertum  
 in hujus facti premium, quo aeternum R. a saeculo liberavit,  
 sementem sororem S. Hildegardis matris Ludovici Pij,  
 uxorem consecutum fuisse, ex qua Welfus, ut vult Bucelinus,  
 eo ipso generari non potuit, nisi dicamus: Ludovicum pium  
 Juditham consobrinam suam matrimonio sibi conjugasse.  
 Conge aliam prosapiam Wazinus cum Gramberto condidit,  
 ex qua, referente Mabillonio to. 2. Annal. pag. 78. prodijt  
 Wido conditor Monastij Weissenburgensis, qui certe in tota  
Welforum genealogia non occurrit. Eodem pacto aberrant,  
 qui Ruthardum et Wazinum germanos fratres fingunt,  
 licet officio et animo in persequendo S. Ottonem conjuncti essent.  
 Sed redeamus ad Ruthardum almanica stirpis satorum  
 demonstrandum. Narrat Eccardus junior apud Goldast.  
 pag. 18. sequentia de Conrado I. Imperatore, gentis ale-  
 manica Welfi nostri pronepote ad An. 918. " Rex vero ca-  
 stellum illud odiosum Bolman S. Ottonem causa malitanti  
 tradidit diuendum, omniq. anno ille, dum vixit, censum capitis  
 sui in cenam ad sepulchrum ejus, uti filius carnificum illorum  
 pro reatu in eum quasi proprio misit: quod et Rudolfus  
 postea Wolshardi comitis Pater, cum ejusdem quidem prosapie  
 fuisset, in censu calybum de metallo faucium juliarum fecit."  
 Ecce, aperte quellor almanos ex Ruthardo aut Wazino  
 descendisse testatur: non ex Wazino franco; ergo, ex Ruthardo  
 Almano. Nec moveat quemquam, quod Theganus dicat:  
Welfum fuisse de nobili Sima stirpe Bavarorum: constat enim  
 eandem

191

candem stirpem Bavavorum per Rutherfordum effectam esse Alemannicam, atque utriusque eandem esse originem, uti Praesertim Vici Eccardus et Zuzlaubius demonstrarunt; ille quidem in dicto opere Sumptuoso de originibus Guelphicis, hinc vero in Dissertatione de origine et regno Rudolphi, Regis Burgundiae transjuranae, quae Anno 1700 in Regia Academia Inscriptionum et Belles-lettres lecta est, ejus scriptis adhaerenda. Probat in primis, Guelphos originem suam referre ad domum Agilolphingicam ex lege Bavavorum hujus tenoris: Pux vero, qui praestitit populo, ille semper ex genere Agilolphingorum fuit, et debet esse: deinde ostendunt domum Guelphicam descendere a quodam Welfone duce Saxonum, Herzogum, Rugorum atque Tuccilingorum, filio Ducis Chionis, et fratris Odonacis Regis Italiae, quae deinde saeculo octavo in duo brachia se divisit, quorum primum constituit Adalbertus comes Bavariae et Fundator Monasterii Tegeensensis circa An: 747, atque Stirpes exstitit Marchionum de Toscana, et comitum Eucensium: alterum vero Rutherfordus, comes ducatus Alemanniae frater junior Adalberti auctor effectus est prima familiae Guelphorum in Suevia, Ducum Bavariae, et Regum Burgundiae utriusque trans et cisjuranae.

Verum locus non solum in hac amplitudine totius Alemanniae sententiam istam confirmat, sed etiam si viciniora loca attendamus. Si verum est, Rutherfordum primo arcis Niburgicae fundamenta posuisse, quod tamen antiquis testimoniis caret, jam cum quadam in hodierna Helvetia possedisse constat. Verum saltem est, ejus filium fuisse Welfhardum, qui tamen idem est cum Welfone comite Alemanniae: sed certiora monumenta non desunt. Auctor antiquus anonymus Monachus Weingartensis editus a Tribnitio inter Scriptores rerum Bavaricarum pag. 781 sequentia narrat: Sanctus igitur Anradus in Episcopatum promotus, patrimonium, quod a Patre possederat, Altoff, Wolpherswende, Berge, Fronhoven cum suis pertinentiis, et quod hodie pertinet, fratri suo Rodolpho per concambium donavit, et ipse ab eo remota recepit, id est, Cusslingen, andilvinger, cum appendiciis suis, et in Alsatia colmie, et infra Rhodanem curiensem amidiis fluminis Eugene, quae omnia Ecclesiae suae Constantiensi.... contradidit. Notentur Cusslingen et Andilvinger, quae haud procul Rhodania distant, et non solum probant Welforum dominatum in his partibus, sed etiam, quod a Rutherfordo descendant. En evidens testimonium Radberti de casibus S. Galli G. 2. ubi refert: Sidonium Episcopum Constantiensem auctorem persecutionis S. Ottonis sui adiutoribus

Wittering

In  
ten

adjutoribus premia elargitum, et Ruzardo quidem nominatenu  
Andolringam: quibus, ut solatis essent, beneficia promisit,  
atq; donavit, Wazino videlicet Vina, et Tuzinga, et Enzi; Ru-  
zardo vero Andolringa et Uzinaha. Igitur S. Conradus  
Andolringam per comutationem a fratre accepit, quam ille  
per hereditatem a proavo obtinuerat. Verum Andolringa  
preesius pro Monasterio nostro facit, ubi a Fundatoribus nostris  
utiq; Quelfis, et a Ruzardo descenditibus, non modica jura  
et census accepimus, ipso ponte hodie dum nean feudali ad  
Monasterium pertinente.

Quandoquidem de S. Conrado mentio injecta est, placet presens  
Systema ex hujus S. Viri in nostrum Monerium ostensa sollicitudine  
firmare. Cum enim ex Fundatorum nostrorum propagine exortus  
fuerit, imo Restauratoris nostri Wolveni ex fratre Henrico nepos  
existerit, mirandum non est, quod post secundam ab Hungaris Monerio  
nostro illatam vastationem animum adiecit ad illud denuo restau-  
-randum, cui ipsemet aliquamdiu paternam providentiam praeiit, et  
Diplomata pro confirmatione privilegiorum ab Ottone III. ejusq;  
filio Ottone IV. impetravit: Venerabilis, inquit Otto III. in diplom.  
de anno 973, Constantiensis Ecclesiae Episcopus Conradus nostram  
implozavit Serenitatem, quatenus conscriptiones et praecepta ab  
antecessoribus nostris, Regibus videlicet et Imperatoribus, Mona-  
et Monerio Rhenania edita, nosstra etiam confirmatione corrobo-  
racemus: in quibus cum libera electio Abbatis ex gremio con-  
-tineretur, abdicata administratione Wisperum monachum eligi  
permisisset: nec minus munificentia veri Regis Ludovici Germanici  
qua anno 870. integram ferme Cleggoviam ultra Rhenania attribuit,  
viris doctis necessitudinem quamdam cum Restauratore Wolveno  
portendere videtur: miratus est plane C. Schaeffelinus propen-  
-sionem tanti Regis tribus diplomatum declaratum.

Verum alia circumstantia praecesserunt, qua mirifice cum tempo-  
-rum illorum factis conveniunt, atq; nean Monerij nostri cum Welphi  
familia testantur. Nota sunt bella illa, qua praecipue anno 893.  
ratione Imperatricis Judith Quelfica, ejusq; filij Caroli XVI,  
inter Ludovicum Pium, ejusq; liberos Lotharium, Ludovicum Ger-  
-manicum, et Pipinum exorta sunt, quibus universum Imperium  
concupsum, et nosstra praesertim partes vastata fuerunt. Necesso erat  
praepriis Juditha domum exagitatam fuisse, possessiones diruptas,  
quin et Monerium nostrum ab ipsis possessum et fundatum penes fir-  
-patum fuisse, ut loquitur Wolvenus in litteris Restorationis:  
ipse locus Parentibus meis inter se litigantibus atq; vastantibus penes  
diripatum evenit: quibus verbis indicat, propinquos suos non  
fuisse concordos, sed diversis partibus adhaesisse: credibile est,  
Orthiconem Wolveni partem, Ludovico Germanico universam  
Alemaniam invadente, tandem hujus fuisse intentioni; cum  
alterum filium in aula Ludovici Pij Imperatoris versantem  
aversaretur, prout testatur Anonymus Weingartensis: Orthico  
Juditha frater.

VE

116. 117. 118. 119. 120.

121. 122.

123.

Judithus frater, Pater defuncto prius haeres successit, qui genuit filium Henricum nomine, qui... homagium et Subjectionem Imperatori fecit, quod cum Pater ejus percepisset, iratus, nobilitatem suam et libertatem nimis esse delicatam, dolorem omnibus suis exposuit: Duell: p. 2. Germ. fol. 309. Sed quidquid de Henrico sit, certum est hac occasione parentibus Welfeni inter se litigandi causam maximam fuisse datam, ut mutuas terras, atque Monasteria vastarent, nec restauracioni locus datus est, quoadusq; post pacem Wiedunensem anno 843. Saucitiam Reges penitus reconciliarentur, et Welfones mutua fruerebantur pace.

Aliud argumentum suppeditant Diplomata nostra, in quibus quaedam Welfeni possessiones in Italia referuntur, ubi Welforum dominatum se extendisse constat. Ludovicus Germanicus in secundo Diplomate suo dato anno 858. inter alias fundationes à Welfeno Muzio Rheingensi contributas, confirmat etiam quicquid illi in Welfeno in Italia in pago Veronense et Tartonense hereditario jure provenit, cum omnibus ibi adjacentibus, in alijs partibus ac diplomatis designantur nomina locorum, nimirum Curie nova, Rubsel, Houtum, et quædam. In descriptione Italiae, dedicata Christianissimis Regibus Henrico II. et Catharina e Mediceorum familia anno 1550. à Fr. Leonardo Alberti Ord: Prædic. pag. 331. haud procul Tartona, affectus quoddam castellum dictum Guelficum, quod à Guelfis fuit constructum. q. Passato la via Emilia, poco da quella d'esso appare Castell Guelfo così nominato, secondo alcuni, da i Guelfi, che lo fecero. Idem auctor pag. 409. inter homines pagi Veronensis recenset Odonem, Superato Orsete et Augustulo, Regem Italiae, interjectis alijs p. 411. affert quoq; Adalbertum, cui post superatos Longobardos Aetolus M. eam provinciam regendam commisit. Duellinus Historia Agilolfingica to. 2. pag. 360. Welfonem II. vocat Marchionem Veronensem. Subdit deniq; Superacitatus Landes: // Madung, si governarono i Veronesi in tale liberta sotto l'imperio // insino ad Gregorio di Roma, che di Capitano usupo la Signoria di essa Verona, scapriandone Azzo di Este Marchese di Ferrara // Azzo iate l'ensis Marchio Ferrarese, pronepos Adalberti filij Ruthardi, et fratris Welfi nostri, singulari note dignus est, ut, qui saeculo undecimo secundam quoq; familiam Welforum in Germania resuscitavit. Sed audiamus Illum Zuclaudium in litteris ad nos datis distinctius hanc rem pertractantem. // De antiquiore stemate Marchionum scilicet Toscanæ et Liguria, // quod ab Adalberto fundatore proveniebat, descendit Azzo II. // Marchio Liguria anno 1050. qui uxorem in primis nuptijs // duxit Cunegundem haereditæ primi stematis Guelforum ducum // Bavariae, quod pro fundatore agnoscit Ruthardum. Azzo II. // in secundis nuptijs sibi junxit Habendam filiam Roberti // Guiscardi Ducis Apuliae. De primo horum matrimoniorum // descendit secundum stemâ Guelforum, quod Bavaria quatuor // Success dedit, et quatuor Saxoniam, quorum ultimus Henricus // dictus Reo, formidandus rivalis Imperatoris Federici I. p. unde // postea

postea cruenta factiones Guelphorum et Ghibellinorum: matrimonio  
 junctus cum Mathilde filia Henrici II. Regis Anglie, fuit Pater  
 Henrici Ducis Saxonie, et Comitis Palatini Rheni, Imperatoris  
 Ottonis IV., et Julii Principis Saxonie. Otto filius  
 hujus ultimi primus creatus est Dux Brunsvicensium, et  
 Cuneburgensium anno 1235. Hic princeps est auctor domus  
 Ducum Brunsvicensium et Cuneburgensium, cujus brachium  
 eccentius, scilicet Ducum Cuneburgensium hodie imperat  
 Magna Britannia, et possidet in Germania Imperio Electo-  
 ratum Hanovereanum. De secundo matrimonio Ottonis II.  
 cum Gassenda descendit domus Ducum Ferraræ et Mutinæ.  
 hucusque eruditissimus Dux Marschallus: ex quibus patet,  
 antiquissimas fuisse Wolfenbutis in Italia, et Ruthardo  
 coevas, atque ad nostra usque tempora continuatas; ut proinde con-  
 cludere incunctanter liceat, Wolfenbutem nostrum  
 ejusdem fuisse prosapie, qui ex Italia, imò ex eadem Italia  
 parte quondam fundationes Rhenanque adscripsit.

Cum igitur nomen, tempus, locus, aliaque circumstantia huic  
 sistamibi conformes sint, nihil restat, nisi ut auctorem anti-  
 quam fide dignum afferamus, qui testetur Wolfenbutem fuisse  
 Rhenanque conditores. Communis Historicorum sententia hanc  
 in rem applicari potest, qui Wolfenbutem, filium Ruthardi,  
 tradiderunt Saxonie nostri fundatorem. verum nimis arcte  
 senserunt, qui eum solus Saxonie hominum statuerunt: imò  
 plane errarunt, dum eum dem a magno illo Welfo Germanici  
 Ducatus comite distinctum putarunt, hujus falsum Patrem et  
 Avum Grambertum et Wazinum existimantes, veluti supra  
 vidimus. Sed neque antiqui scriptoris haud obscurum testimonium  
 nobis et rei nostrae deest: hic est ille Anonymus Weingartensis,  
 quem crediti omnes in historia Guelphica secuti sequuntur:  
 audiamus de Welfo, ejusque filio Ethicone sequentia scribentem:  
 "Ecclesias Regales, scilicet Constantiensem, Augustensem, Trisina-  
 gensem, Cuiensem, Campidonensem, Ulmburgensem, magnis  
 hypodis et magna familia ditaverunt: quasdam vero ex integro  
 a primo fundamento, quae adhuc ad Successores spectant, honori-  
 ficè construxerunt". Cum scriptor has Ecclesias a fundamento  
 constructas non denominet, facile possumus Rhenanque  
 inter has subinde digere, cujus auctorem Welfum, ejusque filium  
 Ethiconem quidem scribat, sed particulae circumstantias forte  
 ignorabat, ut plura scribere supercederet. Porro ex illis verbis:  
 "quod eadem Ecclesia ad Successores adhuc spectant, colligit. Buce-  
 llinus pag. 37. auctorem fuisse coarum, quem tamen alij viri  
 eruditi ad saeculum duodecimum deprimunt: saeculo derimo  
 Superior episcopo non poterat, ut qui de S. Concordia mentionem faciat,  
 et forte eundem intellexit, ad quem Ecclesia Constantiensis et  
 Rhenanque adhuc spectabant, licet Authographo deperdito  
 forte solum, transumptum saeculi duodecimi superesset.

Idem scriptor quaedam alia de magnificentia fundatorum nostro-  
 rum habet, quae hic transcribere non pigebit: in tantum  
 ditati, ut

10.  
196

ditati, ut divitijs et honoribus Regibus praestantiores ipsi quoque  
 Imperatori Romano homagium facere recusantes viribus proprijs  
 confisi omnes terminos suos per se magna industria et fortitudine  
 defenderent; domum quoque suam regio more ordinarent, ut ita  
 quaeq; officia in eis, id est, ministeria Capiferi, Pincerna, Sac-  
 schali, Camerarii, Signiferi per comites, vel eis aequipollentes  
 regerentur. alijs interjectis deniq; subdit: quae omnia ad  
 honorem videlicet curiae pertinentia a Successoribus etiam adhuc  
 immutata persistunt; interjectio adhuc opinionem Buccelini  
 Monachi Bongstici mirifice confirmat. Laudemus viros gloriosos  
 in generationibus suis, in quorum laudem ex Priore Eberspergense  
 apud Berium supra citatum pauca subiiciamus. Genealogia  
 Quelforum inclita et nobilissima, et Deo semper devota, Roma-  
 naq; Ecclesiae semper assistens. Quelfones creduntur viri incliti  
 fuisse de gentibus illis, quae sub Valentiniiano Imperatore de  
 Scythia erumpentes, diversas provincias occupaverunt et domi-  
 natum obtinuerunt; licet autem ejusdem Tyranni, et nobilis in  
 genealogia praecesserint, utpote Tharinus et Rutherfordus, primus  
 tamen, de quo legitur, ejus generis fuit Ethico, cujus filius Hain-  
 ricus Imperatori homagium fecit, et genuit S. Conradum, Ethico-  
 vitus Eberspergensis: Hinc comes de Oningen frater Hic sub Hone-  
 stam cum decimis in Lottsteden, haud procul Rheunugia distantem  
 videre licuit. Valentiniiani tempore jam caesa Romanorum, quae et  
 monumentis credibile redditur. Rheunugiam quoque plebemq; ad  
 bellorum turbarum adhaesisse, ex totius historiae decursu constat.

Juvat jam ipsam genealogiam, quantum nostra interest, percurrere.  
 Proximus itaq; Welfum Fundatorem nostrum Patrem Habuisse Rutherfordum  
 Ducem vel Comitem Aemaniae, quod supra satis demonstratum  
 est. Neq; nos altiora praesumimus, licet viri eruditi in Originibus  
 Quelficis ejus genus ad Ethiconem, ejusq; filium Welfum, quem ad  
 Bavariae Ducem, et fratrem Odonesis Regis Italia referant, quod  
 ipsis defendendum relinquo. Buccelinus Patrem Rutherfordum asig-  
 nat Eberhardum Ducem Alsatiae, qui ad annum 727. condidit  
Munium Sturbacense: at ex Charta foundationis, quam Habil-  
Conius in appendice Tomi 2. Annalium pag. 701. integram refert,  
 evidenter constat, Eberhardum penitus coeuisse Libereis, sic enim  
 ait: Salvator et Redemptor humani generis sua providentia,  
quamvis me optante ea propeis corpore haeridem legitimum,  
qui mihi Successor existeret, similiter s. cum lumine oculorum  
Subtraxit. Buccelinus uxorem Eberhardi vocat Falconariam,  
 quam hic ipse dicit Emeltrudem: Eundem facit Ducem Alsatiae  
 cum in his ipsis litteris testetur, non se ipsum, sed fratrem ipsius  
Centifridum Alsatiae Ducem esse, cui per novum errorem  
 Buccelinus

67

Hildegardis  
et Bertha  
Lilie Ludo-  
vici Germa-  
nici.

Ducelinus uxorem assignat Emeltudem : pariter erat, dum  
Rupertum et Wighaerium filios Ruthaedi fuisse scribit, quod  
quidem diplomate quodam pro fundatione Sincij Lucernensis  
videbatur confirmari; Sed Rumpsius, qui 7. c. d. totam  
chartam offert, omnem eximit serupulum; nullus enim verbo  
ibi mentio fit Ruthaedi, praeterquam, quod ipse Rumpsius  
cum Mabillonio in Anal. ad An. 837. merito de Authentia  
hujus chartae dubitet.

Filius igitur Ruthaedi Welfo fuit, quem haecenus vulgò  
Wolffhardum nominarunt. Huic erant tres nati, Ethico,  
Conradus, et Rudolphus, praeter filiam Juditham, qua Impera-  
tori Ludovico Pio nupta ei genuit Carolum, alvum postea Impe-  
ratorem, duasq. filias Hildegardem et Bertham, quae successivi-  
factae sunt Abbatissa in celebri Parthenone Turicensi, ut in vita quoy,  
S. Meinardi legitur, cujus cognata esse dicuntur. Rudolphus Juditha  
frater, intimus Caroli (abri sui nepotis consiliarius effectus est, à quo  
plures Abbatias in Gallia obtinuit. Concedens favore Sororis sua Ju-  
ditha Comes Suisiensis et Antisiodorensis constitutus plures habuit  
filios; in primis Conradum dictum Juniozem patrem Rudolphi I.  
Regis Burgundiae transjuranae ad An. 888. deinde Hugonem Ab-  
batem Balem Teanciae, comitem Aurbrianensem, et Andegavensem.  
postremo Welfum Abbatem de Entula, seu de S. Riquier ad an. 884.  
qui simul Abbas fuit S. Glumda Senonensis, mortuus an. 881.  
Adelaidis horum mater mortuo marito Conrado secundas nuptias  
contraxit cum Roberto fortis dicto, Duce et Marchione Francia, ex  
quo suscepit Robertum Franciae Regem, Avum Hugonis Capeti.  
Porro Adelaidis teste C. Schoepfeliuo Alsati: Mss. T. I. pag. 753.  
778. 780. 781. filia erat Hugonis tertij comitis Alsatia, Soror  
Emengarda uxoris Ethicij s. Imperatoris; qua fundata sit tribitur  
Abbatiam Castein, in Alsatia, in chartis nostris notam. Fratre haru  
erat Ruitfridus tertius comes Alsatia, qui obiit año 884.

Supereh igitur Ethico filius Welfi, quem Fundatorem secundum Sincij  
nostri videremus, qui hereditatem Patris in Suevia et Bavaria adeptus  
est, atq. reliquorum Welforum stirpem propagavit: hujus nomen  
Majoribus nostris ignotum erat; qua vero de eodem, sub nomine  
Patris Wolfeni narrabantur, adeò absona erant, ut cesserit pigent.  
Filios tres Ethiconem habuisse, necesse est: in primis Hunonem, qui  
Pater fuit Conradi I. Imperatoris; deinde Henricum, de quo supra  
indignationem Patris Ethiconis incurrisse narravimus; cui pariter  
tres nati erant; Rudolphus, Ethico, et S. Conradus Epus Constantiensis  
Restaurator noster secundus. Tertius filius Ethiconis secundi  
Fundatoris nostri tandem est Welfenus, in diplomatis nostris et  
chartis adeò celebris, ut merito Fundator Principalis celebretur.  
postea circa annum 880. factus Abbas Sincij nostri, cui ad annum usq.  
à fundatione prima saecularem 878. praefuit: ante susceptum  
monachatum uxorem duxerat, et unicam filiam superstitem habebat  
Diedpergam in quodam Kalendario nostro memoratam, qua unicum  
Patre Rhenaugia sub eodem tumulo jacere creditur, cui titulus,  
Fundatorum nostrorum, inscriptus est, Welfo et Ethicone probabiliter  
alibi sepultis. Welfenum Ethiconis fuisse testatus eruditissimus  
Zuehlambius, de con. intelligit subscriptionem chartae editae à Murato-

in Muratorio in antiquitatibus Italia T.I. pag. 276. qua data est a<sup>no</sup> 827. et in fine exhibet Wolfgangum comitem in Turgau: memoratur pariter in originibus Guelficis T. II. pag. 239. comes Wolhart, et Welfon ad a<sup>nu</sup>m 850. et 857. imo Goldastus T. II. pag. 32. chartam refert n. 22. datam a<sup>no</sup> 850. Subscriptam sub Welfone comite Turgovia, qui nosse Welfonus esse potest nomine Loro, a<sup>no</sup>, proposita non abhorrentibus, ut adeo ante ingressum in religionem comitis officium gessisse censendus sit.

10.  
Lazonica

De collateralibus hujus Stematis jam Supra in decursu aliqua memorata sunt; constituitur nempe Adalbertus frater Ruthardi Sator prima Stirpis Bavaria, Verona et Ferraria; et per Alonem II. ad a<sup>nu</sup>m 1050. Secunda Stirpis Guelfonica et Bavaria, nec non hodiernorum ducum Stutina, quorum linea Epensis dicitur; ac denique per Heneicum iconem Ducum Brunsuicensem et Cariburgensem, inde moderati invictissimi Regis Anglia. Ex alia parte, quamvis non adeo certo, gens Hochen-Zollana ad stirpem Guelficam refertur per Tassilonem, quem nonnus di fratrem Welfi, alij vero Ruthardi comite Sulgovia natus, quem Juditha Imperatrix filia ducum conatum eidem in tertio aut quarto gradu conjunctus.

Probabile est, Sigemarum quoque Vicum Nobilem, cui utiq; fundatoris propria erat cella alba, ejusdem prosapia existisse; Goldastus in Sigemaro fundatam fuisse, haud dubie ejusdem Stirpis; Tassilo per Gotwaldum habuit nepotem Sigefridum, forte alio nomine Sigmarum. Locus, tempus, necessitudines conveniunt. Ceterum ejusdem prosapia hodie sunt hodie Principes Hochen-Zollani, et serenissimi Reges Boemia. Comites Niburgicos primi Stematis ex Guelforum familia exortos fuisse, nemo dubitat, licet ordo generationum nondum clarus appareat. Constat ex utroq; Edardo S. Gallensi, juniore quidem S. 3. minimo vero S. 27. apud Goldastum pag. 20. et 242. saeculo nono jam senescente prope comitem Niburgi residere cepisse, cujus filius Woto B. Notkeri Balbuli ex sorore nepos S. Gallo oblatu erat. Rumpfius T. 5. S. 30. eundem comitem Adalbertum nominat. Hugobaldus comes Niburgi circa a<sup>nu</sup>m 800 uxorem duxit Pietbergam filiam Burchardi Nellenburgici, ex qua procreavit S. Adalricum. A<sup>no</sup> 1000. Gueadus II. Imperator tribus mensibus illam arce obsedit, defendente Wenhero fortissimis ibidem comite: ceterum ipsum dicuntur simul comites Chilinga, unde de illorum Suevico ortu constat. Nec ad Hugobaldum usq; ad Welfum nondum est solutus, et fortasse insolubilis; nam et qua affert Buccelinus, dubia, et nullis antiquis monumentis probata.

Interim certum est, ex linea recta Fundatorum nostrorum plures Vicos primi ordinis progenitos fuisse: nempe Conradum I. et Othonem IV. Imperatores: Rudolfum primum Regem Burgundia; Juditham Imperatricem, et per eam Carolum salvum Imperatorem. Welfonus nos duos praecelarios Nepotes Conrados ex fratribus habuit: ex Heneico S. Conradum Ep<sup>iscopu</sup>m Constantiensem, et Ranone alterum Conradum Caesarem. Juditha Imperatrix mater, quod Supra monere debueram, erat Hegilvidis, qua teste Abillonio To. II. Anae. pag. 391. post Gisela Caroli M. sororem effecta est Abbatissa Marij Calensis: illam Thegarus

Coe<sup>p</sup>iscopus

Coepiscopus Trevirensis, auctor comvus vocata ex nobilissima stirpe  
Saxonica. Idem Zuzlaubius dicit fuisse sororem Egberti, Ducis  
Saxonie.  
Sed jam Schema hujus Genealogia in linea recta Fundatorum  
nostrorum delineandum est.

RUTHARDUS  
año 700.

WELFO  
Seu  
Fundator Rhenangia WOLFHARDUS Dux et Comes Alemannia.  
año 778.

Conradus Rudolfus ETHICON  
comes comes comes Alemannia  
Parisiensis. Palatinus. Fundator Secundus  
año 820. Judith Imperatrix  
uxor Rudolphi  
Rj.

Conradus junior Dux Burgundia	Runo	WOLFENUS Henricus	1. Carolus salvus Imperator
Rudolfus I. Dux Burgundia Transjurana	Dux Franconia	comes Turingia Dux cum curia Reformator an. 852. aureo.	2. Hildegardis 3. Bertha
	Conradus I. Imperator.	Abbas an. 858. obiit 878. Epus Constant.	1. Conradus Abbatissa Turingi

Huc non  
pertinent

Chilberga cum  
Patre  
Rhenangia sepulta.

Scrpsit  
hanc Circulationem, monachus et Prior dig. mus  
Monasterij Rhenangiensis P. R. P. Mauritius  
van der Meer, et de Hohenbaum  
anno 1709.

Transsumpsit vero P. Hugo Schmidfeld Monachus San-Blasiani  
et p. t. Praepos. Gurawila  
eod. año



200



202



2041





Praefatio.

Præmonendum duxi Lectorem, præsens  
 Millenarium exhibens Facta Mille ferme annorum  
 Monasterij nostri Rhenaugiensis non alium in  
 finem conscriptum fuisse, nisi ut utilitati  
 ipsius Mñij inerviret. Qui Historiam pro  
 publico elucidare velit, facile poterit his  
 præjactis fundamentis exerpere, quæ aut prælo  
 digna, aut exteris judicaverit confidenda.  
 Videndum ante omnia erant, quæ obscurissimis  
 obvoluta jacebant in tenebris, quibus dilucidandis  
 non alia usus sum luce, quam diplomatis  
 et chartis nostris originalibus, Manuscriptis  
 cæcis, et auctoribus probatis, quibus inter se  
 collatis sæpe plura abstersa sunt præjudicia,  
 multa etiam in apicium deducta, quæ antea  
 latebant, aut non plena in claritate sua  
 conspiciantur. Confusum maxime erat  
 primum Saeculum, quod Tibi Confrater  
 charissime ante oculos sisto, sed forte alia  
 facie, quam hætenus comparuit. Verum pulchra  
 non est, quæ fucata. unicus decus historia est.  
 Veritas, a qua ne latum quidem unquam  
 discedere statui: non oblitus tamen ea eruere,  
 quæ pro honore Mñij cum veritate adstrui,  
 aut deficiente certitudine ex conjecturis quasi  
 violentis nullo obstante gravi fundamento  
 colligi poterant. Mens est, sequentibus in  
 Saeculis, si Deus optimus vitam et tempus  
 concesserit, non solum ea referre, quæ ad  
 historiam pertinent, sed quaslibet etiam  
 causas et controversias ex archivis explicare,  
 ut uno intuitu Mñij jura perspici possint,

quo in actis ipsius importuno labore inquiri  
deberent. Addeuntur tamen in margine chartarum  
ac documentorum numeri, ut in illis occurrente  
necessitate plura videri possint.

Necessitatem huius operis facile perperam  
habebit, qui animo revolvet, quam pauci hactenus  
huic rei industriam suam impenderint. Inter  
hos sicut dignitate ita et copia scriptorū reliquis  
supereminet R. M. Bernardus II. qui plurima  
hac de re utilissime scripsit, seu potius conscripsit,  
ac sine ulteriori chrisi, quaecumque conquirere  
poterat, notavit, quin acta actis confecerit, aut  
vera à falsis discerneret, plerumque in laudem  
Monasterij et antiquitatis cupiditatem supra  
modum effusus: Eruditione et sana chrisi,  
reliquos antecellit R. P. Geroldus, qui toto  
archivio in pulchrum ordinem redacto, doctissimas  
notas in chartarium nostrum confecit, singulari-  
rumque chartarum chronotarin accuratissimis  
observationibus illustravit; a cuius proinde  
systemate, nisi necessitate cogente, nunquam  
libet discedere. Dolendam sane, in hac re virum  
Clarissimum non scripsisse plura. Inter  
antiquiores occurrit R. P. Fridolinus ad  
Fontem Prior quondam dignissimus, qui  
omnium Abbatum usque ad sua tempora  
historiam compilavit, labore sane laudabili,  
sed nimium abrupto, et pro nostrorum temporū  
palato rudi. R. P. Beatus Muos in  
advocacia sua tutelari compendium eiusdem  
historie edidit, sed sine sufficienti chrisi,  
antiquum systema ceco modo consecutus,

pleraque et nonnunquam optima omisit.  
 Scripsit etiam quaedam R. P. Conradus Müller  
 alijs, sed paucissima potius historiam delibando,  
 quam enucleatius eam persequendo. Saeculis  
 posterioribus laudabantur, qui labore maxime  
 aestimando diaria scripserunt, inter quos praecipua  
 commendatione dignus R. P. Benedictus Oederle,  
 et R. M. Abbas <sup>Bartholomaeus</sup> Geroldus II. Caeteri quidam  
 viri eruditi fere nostris ignorantibus nonnulla  
 ex Archivio et Manuscriptis nostris publico  
 digna non sine laude ediderunt. Nostris  
 Scholasticis studijs intenti haec se me asserua-  
 bantur. Nunc scena mutata, dum Saeculum  
 profens utilitati ac Scientiis realibus proficit,  
 Scholasticis omisissis, antiquitatis indagini  
 solum invigilat. quamvis porro critica  
 methodi in dies invalere abusus, moderata  
 tamen veritatis disquisitioni locus vel ab  
 ipsis criticis hostibus denegari non potest,  
 nisi quarlibet fabulas pro vero factis credere  
 velint, et eo ipso etiam in certis apud pruden-  
 tiores fidem periclitari, quo melior res est,  
 eo peior eius abusus: nec tamen ideo proinde  
 abijcienda.

Nil itaque in presenti historia indiscussum  
 relinquere in animo est, sperantes per alios  
 saltem optatum finem obtenturos, si nobis  
 vires et anni deficiant. Ne tamen en plura  
 inutiliter repetere cogamur, loco prodromi  
 promissimus Notae in vitam S. Finlani  
 cum digressionibus intermixtis. Nec minus  
 pro fundamento statuimus dissertationem  
 in librum Fratrum conscriptorum Anrii

S. Galli, ac Tabulas deniq; geographicas  
 omnium possessionum, quae hactenus ad  
 Monasterium nostrum pertinuerunt, unicum  
 Catalogo et interpretatione nominum,  
 Fundatores, aëros, pagos, et litteras ex  
 Archivio indicante, quae omnia ad ealæm  
 huius seculi annectenda duximus. Vale  
 Confrater Lector, et errata quæro! Corrigere  
 aut quæ nolis, vel non possis, saltem per  
 Charitatem cooperire dignare.

Millenarium Rhenoviense. 1.

à  
Sæculo Christi VIII. usque ad XVIII  
Sæculum I. Christi IX.

Caput I.  
Fundatio Primava.

Comperiat omnium presentium et futurorum x.  
industria, quia vir nobilis nomine Wolvene, 1.  
eiusque Avus et Pater, quoddam Coenobium  
Monachorum, Primava nuncupatum, in 1.X.  
Alemania, in pago Turgowe, in comitatu  
Adalhami, ob laudes divinas, et regulares  
disciplinas, in honore Sancte Marie  
construxerunt.

Hæc ferme sunt omnia, quæ de Funda-  
tione primava Monasterij Rhenoviensis  
ex Litteris authenticis constant. Fundati-  
onem porro primavam dicimus, quæ eiuſdem  
Monasterij Restaurationem ab ipso Wolveno  
circa medium Sæculi noni factam præceſſit.  
Ad hanc originem tam obscuram quædam  
declarandam, investigandum est Tempus, locus,  
Personæ, Bona, et Finis, quæ ad hanc Fundati-  
onem concurrerunt.

Circa Tempus primave Fundationis vario  
fuerunt nostrorum opiniones, quibusdam illud  
ad initium Sæculi VIII. reducentibus, quibus-  
dam ad finem. Verum Sicut priorum opinio  
ex dilatis diplomatis sufficienter constat,  
cum Avus Wolveni Restaurationis sub initium

Sæculi VIII. eius ætatis fuisse, Supponi non  
 prosit, ut construendo Monasterio hunc aptus  
 esset: ita opinio posterior nimium restringit  
 ætatem Fundatorum nostrorum: proterquam  
 quod fundamento omnino ruinoso nitatur, quod  
 nimirum S. Fontanus ad initium Fundationis  
 et quidem ipso anno octingentesimo advenit,  
 quo falsa esse in vita S. Fontani, quam  
 veluti prodromum huius historie Suppono,  
 demonstrata sunt. verior est ergo hæcenus  
 recepta traditio, que media incedens via, statuit  
 prima Muri nostri fundamenta jacta fuisse  
 a. 778. certe Restauratorem nostrum iam  
 grandævo ætatis fuisse; dum ruinas reparare  
 aggressus est, patet ex eo, quia liberis destitutus,  
 unica filia jam demortua, ipse Monachum induit,  
 ut verisimile sit, eum cum exordio Sæculi noni  
 exordium quoque vita fecisse; proindeq; Pater  
 eius jam supra dicto anno 778<sup>t</sup> natus, probabiliter  
 fuit, ut adeo Avus ædificando Muri animam  
 adiecit illo tempore credi possit. Sane  
 Ludovicus germanicus Fundator Muri nostri  
 Secundarius dum restorationem confirmavit,  
 admodum senex nondum fuit; eius tamen  
 Avus Carolus Magnus a. 778. jam Rex  
 Francie et Benefactor Muriorum excimus  
 erat: cum quibus Fundatores nostri pari  
 passu ætatem transigere poterant. Ipsa  
 deniq; destructio Muri, quo primæ eam  
 Fundationem atq; Restorationem intercesit,  
 extendere non nihil tempora intermedia  
 suadet. Interim in hoc Millenario seu Mille

x ita Langius 10. 1. fol.  
 332. et 1083.

## Fundatio primaeva.

3.

anorum historia numerum rotundū obser-  
-vamus; et cum paucis ex Saeculo Christi octavo  
de Anno nōo constat, primum Saeculum usque  
ad annum Christi 900. extendemus.

Locus Rinava seu Rhenania in  
diplomatibus dicitur situs in Alemānia  
in pago Turgowe. Nemp̄e sub Rege  
Ludovico omnis haec regio cum Turgovia et  
Zurigovia usque ad Burgundiam transjurānam  
ad Regnum Germania pertinebat, quo paulo  
ante sub Regibus Francicis Ducatus aut  
etiam Comitatus nomine regebatur, cum  
posterioribus Romanorum temporibus sese  
Rhetia usque ad nostrum ferme Rhenum,  
imo usque ad agrum Rauracensem extenderet,  
absorpto Helvetia nomine, quo comprehendebatur  
iste tractus, dum primum Romani ad oras  
Rheni comparerent. Restititū denique  
Helvetiorum nomine et per Rempublicam  
stabilitū, Alemānia, per alteram Rheni  
ripam coercebat. Pagus Turgovensis nomen  
suum jam sub Romanis perditur: clau-  
-debat quidem Rhetia, sed latissime patens  
etiam Zurigoviam complectebatur. Sub Regibus  
deinde Francicis à Zurigovia quidem distinguebatur,  
sed modernos Comitatus Kiburgensem, Toggen-  
-burgicum aliosque superiores tractus adhuc dum  
in se continebat. Ad fines ergo Turgoviae tum  
sita erat Rhenania, cui Turgovia tempore  
Restorationis Comes profectus erat Adalbricus,  
sine dubio à Ludovico Germanico Rege, cui tota  
jam parebat Alemānia? Ante conditum porro  
Monasterium quid rei Rhenania fuerit?

\* Charta L. L. X. apud  
Hergott. Gen. Di. Rom.

latius explicavimus ad vita S. Fintani caput  
 5<sup>ta</sup> digressione prima. Conveniunt nempe  
 poliores historici Stumpfius, Guillimanus,  
 Crusius jam tempore Constantij Senioris  
 castra Romanorum his in locis, percomodis  
 contra Germanos fuisse posita, imo munitam  
 etiam fuisse illum collem, cui modo insistit  
 Ecclesia S. Nicolai. Porro sub Constantio  
 juniore duce Juliano his in insulis castra fuisse  
 alemanos Referente Arnobio Marcellino ex  
 dubium est, testanturque reliquia nimirum numi,  
 telorum Curpides, et cadaverum ossa, que  
 hactenus haud infrequenter reperta sunt.

u. 1101

x Probus Kenanus Rerum ger-  
 man. l. i. fol. 79. huius etiam  
 est sententia ita scribens:  
 Eam Insulam quoque nos, in qua  
 canobium est hodie Bene-  
 dictinum, quod Rheni au-  
 giam appellant, prope  
 Cataractas eius amnis  
 infra Scheffhusium.

Saeculo octavo ante conditum Monasterium  
 Dubio procul Rhenaugia sedes erat Dinastarum,  
 qui tota illi terra traditi dominabantur, qui  
 clauditur inter Rhenum et Turam usque ad  
 Fines Romanorum, prout Fundationes eidem  
 Monasterio facta satis aperte declarant.

13. de Fundatoribus nos-  
 tris videatur Specialis  
 tractatus postea scriptus,  
 ubi ostendimus, quod  
 fuisse Welfones &c.

Personae igitur, que primam fecerunt  
 Fundationem ydem Dinastae Rhenaugienres  
 erant, qui non solum mox diuitem tractum  
 in proprium allodium possederunt, verum  
 etiam alia bona diversis in Pagis dispersa  
 veluti in eleggovia, Alpegovia, et Italia.  
 Dignitate post Regiam fulgebant, praeipua,  
 uti patet ex titulis Nobilis atque Illustris,  
 qui non nisi Principibus, primi ordinis a  
 Regibus dabantur, quippe cum ipsi Reges  
 et eorum Filij Nobilissimorum nomine  
 insigniri gauderent. Comites nunquam vocantur,  
 qui titulus tunc nondum hereditarius, sed meri

Mabill. h. p. an.  
 appen. 2. S. 2.

Fundatio primaeva.

5.

officij denominatio erat, ad quod eligebantur ex  
 Singulisque Regum voluntate ad regendos  
 Comitatus. Sed neq[ue] magna honoris prerogativa  
 ea Comitum appellatione Fundatoribus nostris  
 accederet, cum non desint ex illo evo exempla  
 Dinartarum Comitum officium suscipere recusan-  
 -tium, ne alieno servitio se submitterent,  
 majoris esse honoris existimantes, propria  
 auctoritate sua regere allodia. Cuius porro  
 Familie fuerint Fundatores nostri? multo,  
 si ut opinor, casu labore, investigatum est,  
 cum illo evo nulla adhuc coeliterint Familiarum  
 cognomina. Praevaluit tandem opinio, ex  
 Kiburgico Aemate deducentium Fundatores,  
 nostros, quorum primum cum Bruelino et  
 Langio dicunt Wolochardum Filium existisse  
 Rulhardi Conditoris arcis Kiburgo: Filium  
 vero Wolvhardi secundum Fundatorem nostrum  
 Wolvenum seniore[m] vocant ad distinctionem  
 Wolveni Restauratoris. Verum vehementer  
 subsisto, an ista genealogia ex Rulhardo deducenda  
 cum monumentis antiquis conveniat, certum mihi  
 est, praeipuum huius opinionis fundamentum,  
 quare Athenaugia in comitatu Kiburgensi  
 sita fuerit, nequaquam subsistere. Neq[ue] enim  
 comitatus ille tunc existeret, cum fere eodem  
 tempore Arx Kiburgensis cum Athenaugiensi  
 Monasterio fuerit condita: imo multo certius  
 est hocce Monasterium tunc edificari ceptum,  
 quam Arcem Kiburgensem. Deinde ditionem  
 Kiburguorum tunc usq[ue] ad Athenum se se  
 extendisse plane non est verosimile, cum

Bruelin.  
 const. Bron.  
 an. 800.  
 Mabill.  
 an. 800.  
 n. 102.  
 Goldart.  
 Res. Alem.  
 to. i. f. 254.

caudus.  
 to. i. f. 230.

Schoepflin to. i. sid. Bad.  
 fol. 426. ex Herzogtoel  
 monum entio S. Gall. cap.  
 ad a. 805. affert Wol-  
 venum comitem Buid-  
 gois, an Turingia? an  
 Siles. Restauratoris?  
 certe a. n. conveniunt  
 potius cum suo.

neque hodie Tura interpretata ac Dinartia Andel-  
singana alijsque nobilium alodijis, neque contermina  
sunt illis possessionibus, quas Fundatores nostri  
inter Turam et Rhenum tenebant. Denique nullo  
unquam tempore Comites Riburgii ullum jus,  
Advocaciam, aut predominium in Murrum non  
pretulerunt, quod tamen sine dubio factum  
fuisse, si ab eorum Majoribus conditum ac  
fundatum constiteret. Forte melius genus  
Fundatorum nostrorum ad Quelphones refertur;  
similitudo nominum conjecturam facit, cum

Brucelin Quelpho, Welpho, Wolven, wolvehart, promiscue  
lo. i. p. 2.  
fol. 9. ab auctoribus antiquis Sumatur. Temporis

prebardo quoque circumstantia convenire videntur, cum  
waini filius prebardi duodecim filij jam seculo octavo  
nihil commune  
cum Murrone diuersas familias postea comitum titulo  
traheret. insignes fundarint: inter quas una potuit  
esse, quo districtum Rhenaugiensem inter  
Rhenum et Turam uti proprium possidebat,  
a quo posteri sine dubio nomen et cognomen  
Dinartarum aut Comitum instar aliorum  
assumissent, nisi in Wolveno Juniore Restaura-  
tore nostro defecissent possessionibus ipsis  
Monasterio contraditis. videantur, quo farius  
scriptimus disert. 2. tit. 5. Fint. Confirmari  
potest hoc Systema, quod Fundatores nostros  
precise Dinartas Rhenaugienses vocandos  
esse decernit, ex eo quia quorum locorum  
Domini antea dicebantur, ab ijs postea familia  
nomina usurpabant; atqui Wolvene in singulis  
pene chartis Dominus loci Rhenaugiensis  
vocatur, licet aliorum locorum eque Dominus  
fuerit, ad indicandum nempe principalem Dinartia

## Fundatio primaeva.

7.

locum. Certe Woluenus ipse dum in principali  
 fundatione ait: Imprimis locum, qui dicitur  
Rinava, reliqua deinde loca isthinc pertinentia  
 magno numero subnectens, precipuam suo  
 Diocesis sedem indicare voluit Rhenaniam.  
 Et haec fortassis etiam ratio fuit, cur priores  
 Fundatores, nempe Pater et Avus Wolueni,  
 Rhenaniam ipsam Monasterio non attribuerint,  
 licet in proxima insula illud edificauerint,  
 contenti alia loca ac possessiones pro Fundatione  
 Monasterij assignasse, prout mox videbimus.

Equidem cum nullo Charta primaeva  
 Fundationis amplius existant, quo tamen sine  
 dubio ex consuetudine illorum temporum et  
 Regum Francie legibus existere debebant,  
 solum ex subsequentibus monumentis aliqua  
 loca Monasterio fundata, nec sane omnia, notare  
 licet. Sunt autem sequentia: Tetzelen, Barandingen,  
 Lohstetten, Raffels, Balin, Langwizen, Fluertingen,  
 Mörten, Tachsen, Clauffen, Gehinhofen, Holzheim,  
 Bürglen, Mörishausen, de quibus jam singulatim  
 agendum.

Tetzelen inter Thiengen et Gurtwilam, seu  
 potius haud procul Horheim ad rivum Steinach,  
 in Alpegowo situm ante Restorationem ad  
 Monasterium, et quidem jure hereditario ab ipsis primis  
 Fundatoribus haereditate persequitur, patet ex Charta  
 II. data anno 844. ubi Winkolfz concanbium  
 cum Monasterio faciens sic loquitur: Et ego ab  
ejusdem Monasterij rebus per concessionem Gospreht, II.  
Comitis et condensationem Fratrum, quodquid in  
pago Alpegowo in villa, quo dicitur Tetzilnhein  
hereditario jure habet, recipiam &c.

9  
10  
11

Data fuit haec charta, antequam ullus Abbas Rhenaugie profuisset, aliis, procul dubio nominandus, sicut reliquis in chartis fieri solet. Mentio fit solum advocati, et Fratrum, qui tamen per commutationem Rinloze tradere haud potuissent, quod antea legitimo jure non possiderent.

III.

Barendinga in Turgowe sita est, ubi eodem modo per commutationem anno 883. Thietoni Presbytero traditus fuit ager, qui hoc ipso prius ad Monasterium pertinebat.

XVI. Lottstetten non exprimitur in diplomate Ludovici germanici, quo universam pene Cleggoviam Miro contulit, et tamen unicum Raffs primitus sine dubio ex fundatione primava ad Monasterium pertinebat, aliis Woluene Abbas et Restaurator cum consensu Fratrum, et Caroli Regis ea Gazzo Comiti pro alijs locis tradere non potuisset. Sic enim charta .XX. non tantum suo sed et

XX. Fratrum nomine dicit: Dedimus namque in pago Cleggowe, quidquid in Lottstetten et in Raffs habuimus, tam terras, quam domibus, pratis, prae-  
cuis, Sylvis, aquis, aquarumque decurribus, cultis,  
et incultis, seu quicquid dici aut nominari potest,

At vero Balm seu Balbo ab eadem commutatione excipitur, unicum agris, qui in districtu quidem Lottstettenai siti erant, sed ad Balm pertinebant: eo ipso autem in bonis Monasterij unicum Balm numerabatur, et unde? nisi ex fundatione primava, quo praesumptionem habet, pro se, donec aliud probetur.

XIV.

Langwisen, Huerlingen, Mörlingen, et Tachsen eodem prorsus pacto iisdem in litteris commutata fuerunt, quae in Lauffaro marchio sita esse dicuntur, quin et ipse praecipuus locus

## Fundatio prima.

9.

Lauffen ex prima fundatione ad Mirium sine dubio pertinuit. id officiaiter ex eo probari posse existimo, quia eadem in comutatione excipiuntur veteres agri et prata, quae antea ad XX. Gehinhofen et Holzheim pertinebant, et ea ratione ad Lauffen. additurgo: Et illi veteres agri et pratae quae in ista Marcha jacent, et antea ad Lauffen ad jam praedicta loca pertinebant, firmiter ad ea pertinebant. Cum igitur Woluene et Fratres hos agros et pratae gozperio in hac comutatione non tradiderint, sed ea voluerint, ut antea ad Lauffen salva remanere, signum evidens est, ipsum locum Lauffen unacum Gehinhofen et Holzheim ad possessionem Monasterij spectasse, cum alias excipere et retinere non potuissent, si ea inter res suas antea non numerassent. Confirmatur hoc explicitio ex eo, quod in principali Woluoni Fundatione dicitur: Excepto quod ad Lauffen tradidit. quo verba licet prima fronte satis obscura esse videantur; cur enim a traditione excipit, quod se tradidisse solent? nihilominus hunc in sensum non repugnant: quod nimirum nunc solum ea tradendo recensent, quae antea tradita non fuerant, per prohibitionem inchoaret, ab inimicis crepta Mirio restituit, ac iterato tradidit, quae jam a Maioribus suis in ipsa prima fundatione tradita fuerant. alias sane non fuisset ratio, cur non expresse in litteris Wolueni et Confirmatoris Ludovici exprimerentur, si primum a Wolueno donata fuissent, et non potius jam antiquitus donata et litteris a Carolo M. confirmata supponerentur, et adeo nova confirmatione opus non haberent.

Porro Gehinhofen et Holzheim quam loca fuerint, haecenus incomperum. Holzheim recensetur charta XI. extra marcham Lauffaro in

Turgowe: haud procul Lamem abesse, proleque, potest  
cujus agri proprii in ea marcha siti erant, et  
forlensis eadem ipse locus est, qui nunc dicitur  
Unwidem. Gehinhovin intra eandem marcham ad  
Laufen spectantem situm recensetur, et credibile  
est, illud spaium cuipa pro, ubi nunc Feuerthalen  
condpicitur, cuius nominis nullibi fit mentio, eoquod  
primum post aliqua saecula condito ad Schaphusium  
ponte hoc nomine innotuerit. Ceterum loca  
superius notata, scilicet Langwidem, Flueringen,  
Mörtingen, et Tachren, quamvis per comutationem  
in Gopertum translata fuerint, receptis interea  
comodiorebus in festetten alijsq; locis, eadem  
Lamen postea Gopertus factus Abbas Mörrio  
iterum restituit.

Birgilon seu Bürglen in Alpigowe, et  
Mörishurde una huoba comutantur charta XLV.  
quorum donatio non nisi a Fundatoribus primis  
derivari potest.

Neq; tantum ista loca a pijs Fundatoribus con-  
tributa ante Restaurationem jam ad Monasterium  
pertinebant, sed quaedam etiam alia a Benefactoribus  
donata fuerunt. certe Rinloz, vice Tezelen Mörrio  
tradidit quicquid in villa Doucheringa et in illa  
marcha habebat a no II. Ludovici Regis, cujus  
si Epocham postremam a pace viridunensi summa-  
mus, ad minimum tamen annus 841. eveniet,  
quo Restaurationis viridum cepla erat: Post inchoatam  
vero restaurationem ante principalem wolven-  
Fundationem, eiuq; per Ludovicum Regem confir-  
mationem Mörrio, donata fuerunt: Mettingen  
a Meginhardo, Cella Alba a Sigemaro, Alwafin  
a Landfrido, wald.kilchun a Suab Presbytero,  
que eidem Ludovici confirmationi inserta fuerunt,  
a nobis autem suo loco singulatim describentur.

21  
Badi

## Fundatio prima.

11.

Finis seu motivum Fundationis huius Monij  
 Luulenter exprimitur in chartis ab initio recensitis,  
 nempe ob laudes Divinas et regulares disciplinas:  
 quibus officium publicum chori innuatur, et  
 Regularis disciplina observantia sine dubio servandam  
 Regulam S. Benedicti, quae illo tempore communis erat,  
 et ferme sola inter Monachos occidentis observabatur.  
 Porro Patrona Principalis ab ipsis incunabulis  
 a Fundatoribus profutula est Beata V. Maria:  
 in honore S. Mariae, cuius adeoque cultui amplificando  
 per istam fundationem consultum volebant.  
 Additur in Diplomate confirmatorio Ludovici  
 motivum simile: ob amorem Domini Nostri  
 Iesu Christi, et pro remedio anime Fundatorum,  
 atque ut pro Rege totius Regno Dei misericordiam  
 attentius exorent. Deo sint laudes, quod per mille  
 iam ferme annos ista intentio, priorum Fundatorum  
 parva facta subinde interruptione fuerit adimpleta:  
 quod Dei singulari providentia, et S. V. Mariae  
 aliorumque Patronorum intercessionibus merito adscribenda,  
 cum saepius idem Monasterium carui fuerit  
 proximum, ut mox audiemus.

222  
12.  
Caput II.

852.  
Restauratio.

Vix Fundatum erat Monasterium ab Avo, Salregis  
Wolveni, cum mox violenter destructum fuit.

Refertur ista devastatio ab ipso Restauratore  
Wolveno, et a Rege Ludovico paucissimis ac humilibus

1X. pene verbis: Ipse locus, ait Wolvenus, Parentibus  
meis inter se litigantibus atque variantibus, pene

X. stripatum evenit. Ludovicus vero; Post discessum  
eorum, scilicet Antecessorum seu Progenitorum  
Wolveni, ab inimicis hominibus, pene destructum  
evenit. Ad conciliandum utrumque textum notan-

Anal. Ben. dum ex Mabillonio, nomine Parentum in chartis  
adan. 7173. illius aevi non solum intelligi genitores, sed et  
quoscuque consanguineos: quos, proinde inter se  
litigasse, et post discessum id est obitum Patris

Wolveni utpote Secundi Fundatoris, Monasterium  
vastasse atque extripsasse refertur. Causa harum  
dissensionum tacetur; proinde solis conjecturis  
locus est. Chronicon Einsidlense tam parva  
auctoritatis quam antiquitatis assignat hereditatem

Adalhalmi Comitis Turgoviae, quam tandem Wolvenus  
post varia discrimina oblinuit. Verum constat  
Wolvenum non ab Adalhalmo sed à Patre et

Avo hanc circumquaque regionem in propriam  
hereditatem obtinuisse, neque unquam Adalhalmi  
Comitatum à Wolveno prosequi. Licet itaque  
mihi alias conjecturas substituere. Et primo quidem,  
si Fundatores nostros quelplici generis supponamus,  
mirum non erit, hanc ipsam Regionem nostram  
accerrimo ac diutino bello implicidam fuisse, quod  
Filij Ludovici Rj ob Carolum ejusque Matrem  
Judilam quelplici generis Parentem impetierant.  
Certe Ludovicus germanicus illa occasione totam  
invasit Allemanniam, cum antea Bojariam sibi  
assignatam teneret. Tolerant Parentes, id est

Propinqui Wolveni, his in rebus propolentes  
inter se dissentire, prout ipsa Familia Regia  
divisa erat. Certum saltem videtur, eo ipso  
tempore contigisse vastationem Monasterij nostri,  
nimirum intra annum trigessimum secundum et  
quadragessimum tertium presentis seculi, quo  
tempore maxime illa bella feruebant, usque ad  
pacem vixdum compositam. Ratperus S. Goldart.  
Gallensis de his ita scribit: Inter ea Ludovicus fol. 6.  
Alemanniam penetrans, singula loca Suevorum  
ditioni subiecit.... quare contigit, ut sicut regna  
ita et Monasteria diversis erroribus atque laboribus  
quaterentur. Ad nostrum quoque Monasterium  
repperisse hunc scriptorem non est incredibile.  
Aliam conjecturam, nimirum de lite inter  
propinquos Wolveni ob Advocatiam M<sup>n</sup>rii  
exertam infra dabimus, ubi de Advocatis.

Pace in Regno firmata Wolvenus de reparat-  
tione Monasterii cogitare poterat, utpote Dominus  
loci ac Neptos primi Fundatoris. Quod serio cum  
fuisse ab anno quadragesimo septimo supra  
octingentesimum coartimo, dum S. Fintanus  
gente Scotus seu verius Hibernus ad eum venit.  
Sic enim in eius vita legitur: quendamobilem  
Virum in Alemannia adivit, cum quo quatuor  
annis in clericali permanit, per singulos in  
abstinentia virtute proficiens, et nova semper  
exempla ostendens. Tunc profatus Dominus eius  
in proprio M<sup>n</sup>rio, quod Rhenaugia vocatur, eum  
monachizari fecit, anno Domini Incarnationis  
octingentesimo et quinquagesimo primo. quem  
annum sic esse legendum, Dominumque illum  
mobilem haud esse alium à Wolveno Restaura-  
tore digressione etiam in caput S. vite S. Fintani  
ostendi. quin et S. Fintanum precipuum huius

Restorationis quoad spiritualia auctorem fuisse, indicatur in officio antiquissimo sequenti Respon-  
sorio: Vir vite laudabilis, postquam in ordine  
clericatus, quatuor annis est Deo hominibusque  
probalus, arctioris propositi desiderio acensus  
in insula Atheni fluminis monasterio perfectionis  
normam presentibus initiavit et futuris.

Initium enim quasi disciplinae monasticae in  
Restoratione datum fuit; quandoquidem primaria  
institutio ad perfectionem pertinere non voluit,  
et tota quanta fuit, in devastatione iterum concidit.

- X. Ille ergo Wolvene ob amorem Domini Nostri  
Iesu Christi, et pro remedio animo suo, et Antecesso-  
rum suorum, profatum Monasterium, cuius  
nomen est Rinava, sub honore S. Mariae Semper  
Virginis, et S. Petri Principis Apostolorum,  
ceterorumque Sanctorum iterum restaurans, ut  
loquitur in diplomate suo Ludovicus, quidem  
primo Basilicam atque aedificia destructa refecit,  
confirmatque titulo S. Mariae, alterum patronum  
addidit S. Petrum; ubi ex eruditorum observatione  
notare libet, Ecclesias S. Petro Dedicatas pro-  
judicium antiquitatis habere. Deinde Monachos  
dispersos collegit; non enim credendum est,  
in illa vastatione omnes fuisse occisos, aut illa  
sempertate prorsus extinctos; cum non dicatur  
Monasterium, quin et ejus incolae, penitus, si rene-  
scitatum evenisse. Imo Superstitios fuisse Monachos  
ex priori Fundatione indicatur tum Charta II. data  
año 844. ubi Fratrum fit mentio, tum in diplomate  
Ludovici, ubi dicitur Abbatem non solum a Wolvene,  
sed etiam a Fratribus fuisse electum.  
Verosimile tamen est, quosdam Monachos Mo-  
nasterij, probatione jam diuturna jam excoctos

Restauratio.

15.

ex S. Gallo et Augia Divite, adscitos fuisse, quorum Abbates ad Restorationem Monij sua opitulatione occurrerunt, quin et prima Colonia in prima Fundatione exinde fortassis fuerat deducta.

His feliciter ceptis Wolvenus anacum Fratibus Abbatem elegit Gopertum virum insignem e S. Gallo postulatum, Tum Moguntiam adire statuit, ubi anno octingentesimo quinquagesimo Secundo generale, seu totius Nationis concilium Rex Ludovicus convocavit, ut per confirmationem simul et per privilegium libere eligendi Abbatem et Advocatum malis mederetur prioribus, atq; Restorationi sua firmitatem praeberet. Adhibuit intercessores amicos pene multos, Episcopos, Abbates, et Principes, ac praecipue Rabanum Metropolitam Moguntinum, Salamone[m] Episcopu[m] Constantiensem, et Flovinum Abbatem Augia Divitis, quibus agentibus plene satis factum desiderio fuit suo, obtento de super diplomate a Ludovico Germanico, cui et Grimaldus cancellarius tunc Abbas S. Galli subscripsit. Incepit ergo Restorationem Wolvenus non a temporalibus sed Spiritu- libus et a reparatione disciplinae Monastio, illud Christi effatum opere exequutus: Querite primum Regnum Dei et justitiam eius, et haec omnia adicientur vobis. Videns autem piissimus Restaurator mox per diversos Benefactores Monasterium nova indies incrementa capere, statuit, praeter ea,

hoc generale concilium Moguntiae praesenti anno 852. celebratum fuisse, his verbis testatur Hermannus in originali chronico: Magna Synodus generalis conventus Moguntiae a Rabano Archiep[iscop]o et Ludovico Rege habitus, multis faepe convocata sunt. adhibuit wolvenus p.

quo ab Antecessoribus suis fundata, ab inimicis  
 vero dirapta, jam in ipsa restauratione Miris  
 restituerat, per principalem fundationem plerumque  
 bona sua Sancto loco, quem ita vocat, contribuere.  
 quod anno 858.<sup>vo</sup> tam larga manu fecit, ut  
 pauca Monasteria reperire sit, quo sub  
 initium erectionis sue tam amplos fundos  
 ac possessiones obtinuerint. Principalem  
 porro hanc vocamus Fundationem, quia  
 precipua est, atque in forma amplissima  
 adhuc exstat, non solum per instrumentum  
 ipsius Wolveni ulma coram Rege con-  
 IX. -  
 X. - factum, sed etiam per Solemne diploma  
 ab eodem Ludovico Francfurti confirmatum.

Caput III.

Fundatio Principalis.

17.

858.

Igitur Wolvene Restaurator amplissimam  
 suam Fundationem scripto instrumento confecit,  
 eandemq; Regi Ludovico obtulit, sic enim lo-  
 quitur in diplomate suo idem Rex: Veniens X.  
Wolvenus: in procerum nostrorum presentiam  
obtulit obtulibus nostris quoddam scriptum:  
 ac deinde prosequitur, qualiter Wolvenus res  
 proprietatis sue in pago Turggowe Monrio  
 tradiderit. ubi vero vel quando haec prima  
 relatio Regi facta contigerit, non exprimitur,  
 neq; hoc scriptum amplius extat, sine  
 dubio quia in manibus Regis retentum fuit.  
 certum est, intra annos quinquagesimum  
 secundum et quinquagesimum octavum hoc  
 contigisse, quibus duo Ludovici diplomata  
 expedita fuerunt, in quorum priori nulla  
 fit mentio huius traditionis, in posteriori  
 vero haec ipsa traditio confirmatur. Non  
 enim diu quievit Wolvenus, sed iterato  
 Regem adiit a<sup>no</sup> 858.<sup>oo</sup> Mense Februarij  
 Ulma comorantem, eandemq; confirmationem  
 urdit, ipsum Monrium Regis Lutela com-  
 mendans. Terlatu id Rex in eodē diplomate  
 sequentibus verbis: ut autem id actum habuit,  
 iterum veniens in presentiam nostram ad  
 nostram curtem nomine ulmam, prodictum  
 Monrium cum oibus rebus ibidem pertinentibus  
 in jus et Dominationem nostram, atque  
 Murdeburdum oia tradidit. Extat haec  
 oblationis charta in chartario cum subscrip-  
 -tione ipsius Wolveni, et Septem aliorum

IX.

Civisius  
ex Anal.  
Fuldens.

Comitum, data ulma die decima nona Februarij.  
 Approbavit Ludovicus ibidem hanc traditionem,  
 et diploma amplissimum de super Frangofurki  
 paulo post expedivit, nimirum pridie Idus  
 Aprilis, quo Regem ad Pascha celebrandum  
 se conferentem a Woluene comitatum fuisse

\* Eodem loco et anno Diploma dedit  
 Ludovicus Muro Juricensi die  
 10. Aprilis, cum nostrum Diploma  
 datum sit die 12. ejusdem Men-  
 sis. Ex Specimine Diplomatico  
 Juricensi.

non dubito. Describitur in hoc diploma  
 inleger terra Leatus cum omnibus locis  
 ad Dinastiam Rhenaugiensem pertinentibus,  
 quam tunc Woluene Muro contribuit, addit;  
 nonnullis alijs in Italia, alijs tamen adhuc  
 sibi reservatis.

Tradidit ergo Woluene his chartis primis  
 locum, qui dicitur Rinawa, deinde  
 Totum, quod in illa marcha habuit, seu  
 quidquid juris ipsi tam in ipso loco, quam  
 in ceteris habuit, his nominibus: id est  
 Martella, Manteluu duplex vicus amplis-  
 simus, Elleninhova, Altru ad exitum  
 Turo in Rhenum fistitur, et terminum  
 huius Dinastie ex una Parte claudis, Holz-  
 heim, probabilite, ubi nunc Altsperu,  
 Wiligiresbuech, Hildesbuech et hinc ologiam  
 tamen Leahita Wiligiro quodam, Quadol-  
 vingo, Rudolpingus, Trullinhova, Trullihov,  
 Brechinhova, Bruchov, Truttaninhova,  
 Trullihov, Slab, Seflath, Stamheim,  
 Stauru, Murspouma, Hupshauum,  
 Mörineswilare, Mözluu. Tabet haec loca  
 scripta fuisse, prout occurrebant, non prout  
 situs eorum exigebat. omnia tamen in

\* Jam sub Sigisno celeberris  
 vicus. Tacian apud Gold.  
 to. S. f. 109.

Tradit  
Fundatio Principalis.

una marcha seu circulu sita fuisse, limites  
 amplissimi, qui accurate describuntur,  
 declarant, licet ob nominum antiquorum  
 jam obsoletorum ignorantiam indigitari  
 ad amussim haud valeant. Distinctum tamen  
 satis amplum fuisse, uel ex eo constat, quia  
 ex una parte se extendebat a Rhenaugia  
 usque ad Nudpaumen, ex altera ab Ellikon  
 usque ad Lauffen, quod licet specialis  
 marcham haberet, prius tamen ex  
 primaria fundatione ad Monasterium  
 pertinebat, et nunc a Wolveno cum vicis  
 suis consolidabatur, ut unoquasi continuo  
 omnia ad Monasterium spectarent. Hinc  
 in Diplomate dicitur: quicquid in pago  
Turgowe habere visus est wilvene, prater  
illud, quod ad Lauffen tradidit.

Consideremus jam limites istos, prout in  
 Diplomate presenti describuntur: quicquid  
orientem versus habuit, sicut legitima via  
descendit de Plate in Harelbrunnin, inde  
sicut rectissime equitare aut ambulare aliquis  
potest usque ad Luffelinsor, ad illum fontem,  
qui ibi manat, inde sicut ipse fons decurrit  
usque ad III. cruces, et ad vadum illum contigit,  
atque ab illo vado sicut via tendit ad Marstein,  
et inde Emanneth, ad fontem ibi currentem,  
et ab illo fonte usque ad Rotinbach. inde sicut  
Rotinbach decurrit, usque ad medium fundum  
Hreni, totum sicut a praedicta marca orientali  
versus habuit. In re tam obscura, ubi nullus

locus antiquum nomen retinuit, præter Slab, aliqua Saltem notare libuit. Equidem Slab, respicitur à Rhenaugia orientem versus: ulterius necesse erat legitima via versus orientem tendere de Slabe in Hareldbrunnin, quod licet defacto lateat, sine dubio tamen versus Stamheimium jacebat. Fons, qui ibi manare dicitur, ille fortassis erit, qui supra Skallingen prope Appeltburen Scatet, plenus arundinibus instar alvini, parvi locus, unde nomen Luzzinror derivari potuit, et tandem in rivum Rhenum versus delabitur. Ad illum ergo usque fontem ex hac parte Fundatio sese extendebat. ulterius non frustra adhibetur terminus equitare, ad insinuandum spacium bene longum. Igitur inclusis locus Stamheim et Nudspamen necesse erat Turam versus perstringere, et complectendo Trullikon et Martelen pervenire ad Ellikon, nam et plura Andelbingerum cum reliquis locus Tura adjacentibus jugiter. Muriis subiecta erant. Rheni porro limites non erat necesse describere. Ex altera tamen parte notatur, marcha Laufen, que per Rosinbach a distanti Rheno viendi distinguebatur. Patet ex his limitibus, Dinastiam Rhenaugionensem illo tempore non fuisse conterminam centena Triburgia, ab oriente enim includebatur Turgovia, que adhuc dum sic vocatur: ad occidentem Rheno: ad meridiem Tura et Andelfingensi districtu; ad Septentrionem denique Lauffa, et reliquis circumflexo Rheno adjacentibus locus, quo tum

Fundatio principalis.

21.

existe bant; nam nec M<sup>n</sup>rium Baradysi tunc erat,  
et Diepsenhoven aliquot post saecula primum  
nomen suum a duobus praediis obtinuit,  
cum dicebatur; Zu Diepsen Hofen. Videatur  
Mappa Geographica, ubi haec omnia clarius  
et diversis coloribus distincta exhibentur.

Tradidit, post Wolvenus istum districtum  
cum omnibus appenditijs ad illum pertinentibus,  
quae sibi jusis erant, ubi bene notat ext<sup>re</sup>ordos  
S. Geroldus, quod sicut per talem scripturam  
fines et districtus teniti omij assignantur, ita  
quoque omnis jurisdictionis territorialis simul  
attributa significatur. quomodo autem primum  
jurisdictionis alta extra locum Rhenaugienrem,  
deinde quaedam alia loca quo ad civile etiam  
emolumentum deperdita fuerint, non est, cur  
Kiburgici aut Tigurini incurantur. Variis  
enim modis intra spacium mille annorum  
contingere id potuit. Et quidem venditione  
id factum esse, nostris heu! temporibus de  
amplissimo pago Martelen constat. Similiter  
Mörten a<sup>n</sup>o 1498, per 150. florenos Athenanos  
divenditum fuit. Stamheim jam a<sup>n</sup>o 884.  
Carolus Crasus Italia pacifice subacta ad  
M<sup>n</sup>rium S. galli Landtulit, teste Kapresto.  
Superior comites Lenzburgenses Rhenaugia  
nimium in festos et advocatiam pretendentes  
plus novissime, quam Kiburgicos, quos nunquam  
invenimus advocatiam M<sup>n</sup>rij nostri adfectasse.  
Sed revertamur ad Wolveni Fundationem.

goldart.  
fol. 10.

In dicto distictu specialiter exprimit libera-  
-tissimus Fundator Mactros CIII. ac Mancia  
CCC. quorum specifiuum Catalogum tradidit.

apud gold. 10.3. f. 10.  
Mabil. 10.3. Anal.  
Manuum Computat  
12. Jugorum, que  
per annum jugora  
Borum arant.

Mandi proso terle Vadiano dicebantur villula  
Seu pradia ab omni alio onere exempta. Excepit  
tamen terram Saliani, quam utpote a  
Regibus specialiter exemptam tradere non  
potuit, Ex hoc ipso tamen evincitur, distictu  
fuisse amplissimum, in quo eiusmodi feuda,  
Regibus eorumque Militibus propria fide  
esse poterant. Nam ut ait du Cangius Terra  
Salvia est portio terre Salio militi atque adeo  
Principi seu Regi assignata, ex ijs, quas  
virtute bellica acquisierant, partitione inter  
inter victores facta. Ac enim ab omni  
munere ac servitio, preterquam militari,  
imunes dicitur Salvia, eaque assignata Salij, seu  
viris Principibus vel ceteris ex Salvia gente,  
que primas tenuit inter gentes illas Septen-  
-trionales. Hinc ait Vadianus. Non licet hab  
agros fertiles et Pradia, que centum Principi  
soluebant, ad Ecclesiam tradere. Huiusmodi  
in distictu Rhenaugiensi esse poterant Geyer  
Sperg, Schwandeg, Wertespuhl &c.

apud gold.  
f. 31.

Eadem Fundatione Woluene Restaurator  
Mnrio tradidit, et a Rege Ludovico confirmari  
fecit, quo possidebat in Italia in pago  
Veronensi ac Tartonensi: nimirum ut in  
chartulario notatur, Curte Nova, ac Rubefiel,  
Gaves et Chodrum. Ex quibus, qui originem  
Fundatorum nostrorum, in re aliis adeo  
obscura, ex Italia derivare conabatur, non tam

S. Fridolin.

Fundatio principalis.

23.

absurde sentiebat, constat enim non paucas familias  
 sub Carolo M. exinde ad nostras partes comigrasse,  
Sagus veronensis in ditione veneta situs est, et  
 continebat, probabiliter Curte Nova ac Kubeszel.  
Sagus Testonensis fuit ditionis Mediolanensis,  
 in quo Gaves situm erat, ut constat ex charta  
 XI. in qua Adilberto Comiti ad dies vite conce-  
 ditur Gaves ex pago Tartlonensi pro loco  
Gurtweil. in charta vero X. ait wolvene,  
 eundem Adilbertum dedisse Murio pecuniam  
 librarum C. pro hereditate Murij sili in  
Tartlonensi pago. data est hac charta a<sup>no</sup> 877.  
 cum igitur juxta chartam undecimam datam a<sup>no</sup>  
 874. pro loco Gaves dedit Gurtwilam, evidens  
 est, praeter Gaves Saltem Chadrum fuisse situm  
 in eodem pago Tartlonensi. Licet prope ista  
 loca investigare non liceat, dubitari tamen  
 nequit, Gaves esse illud Gavi, quod hodie ad fines  
genuensium lesse Borkio est notum. Redijt  
 ergo Gaves post Mortem Adilberti ad Murium,  
 et cum alijs locis in Italia perstitit Saltem urgo  
saeculum duodevimum, post cuius initium eorum  
 mentio ingesta fuit in chartulariam. Sigillum  
 huic diplomati impressum clarius videtur in  
alia diplomate de a<sup>no</sup> 870. sub N. 95.

Huius Principalis Funda-  
 tionis copia elegans facta  
 fuit saeculo undecimo, quae  
 extat sub N. 94. A. II.

Libet huic Principali Fundationi adijcere ea, 877.  
 quae idem wolvendus iam factus Abbas ex proprie-  
 tibus hactenus sibi reservatis adje dit Murio  
 a<sup>no</sup> 877. sic vero ipse loquitur: Ego wolvene XI.  
Dominus ejusdem loci, ubi gregi Dei pro esse  
cognoscor, tradidi in pago chlegowe, in villa,  
quo vocabatur Allun burch, huobas quingis, et  
quicquid ad illas pertinet, et ad unam quamque

huobam X. porcos saginandos in proprietate  
 mea in silva ad Lottstollen dicta. Et in pago  
 Alpegowie in villa Wizzin, quicquid habui,  
 videlicet rem Eulorianicam et omnia ad eam  
 pertinentia, et quicquid in <sup>villa Mettingin</sup> Ballinholz habui,  
 et quicquid in Ballinholz habui, seu quicquid in  
 villa Muspoumin habui, etiam in pago Turgowe,  
 haec omnia Superius nominata, cum terris, edificijs,  
 parvis, silvis &c. Equidem ille quingis Huoba  
 s; Lunt höß: adhuc nostra etate Alenburghi ad  
 proprietatem Muri pertinebant, sub censibus  
 quibusdam privatis vendita, Wizzin seu  
Wizze intra Stühlingen et Bronck situm  
 sine dubio decimas quoque, Lottstollen,  
Mettingen, et Muspoumen etiam alibi occurrunt,  
 Quapropter notandum in generali traditione  
 cuiusdam loci non contineri proprietatem  
 omnium fundorum particularium, hinc potuit  
 potuit V. g. Wolvenus in Muspoumen tradere  
 advocatiam seu Jurisdictionem, et alia huius-  
 modi universalia, et nihilominus particularia  
 quaedam bona sibi reservare, quae post temporis  
 intervallum sua donationi Super addere poterat.  
 Unde pro donationibus nostris Sumatim animad-  
 vertendum, Saepe eadem loca etiam a diversis  
 tradita occurrere, quae quando clausulas generales  
 habent, Scilicet cum edificijs, agris, pratis &c.  
 non tamen in particulari de Singulis intelli-  
 genda sunt. Sane cum Wolvenus in pro-  
 cipua fundatione, qua integram Dinastiam  
 finibus suis distinctam dedit, Specialiter  
 tamen C III. Mansos expressit, Satis  
 utiq; insinuans, hos mansos ut proprios

 51  
 a/3

Fundatio principalis.

25.

1: Sün Fiqu. höjß: / à se esse donatos, cum  
in reliquis villis incole etiam suos proprios  
fundos possiderent. De Ballinholz diffi-  
cultas restat, quinam locus huic nomini  
subrit. nullibi enim terrarum hoc nomen  
amplius reperitur. certe in hac charta ad  
Pagum alregouensem refertur, dum iungitur  
ad wizzin et Mellingen, atq; à Turgo-  
vensi pago discernitur. Novum sane non  
est, nomina antiqua non solum corrupta,  
sed etiam omnino commutata fuisse, inde  
suspicari licet, esse villam, que modo  
Büchbunnd vocatur, cuius fundatio, cum  
tamen inter primas Marrij numeranda  
sit, alibi non reperitur. Forte derivor  
erat Silva, cum Ballinholz dicebatur,  
qua paululum in vertice extirpata,  
dicta fuit Büchbunnd.

Caput IV.  
 Fundatio Secundaria.  
 Ludovici Regis.

Ludovicus primus Germaniae Rex, a quo  
 deinceps Francia orientalis perpetuo ab  
 occidentali separata permansit, non tantum  
 eo nomine, quod Restorationem et bona  
 I. fundationis confirmaverit, N<sup>o</sup> in suam  
 X. specialem tutelam receperit, ab omni alio  
 onere immune fecerit, atq; insignia privilegia  
 eligendi advocatum et Abbatem concesserit,  
 inter Benefactores primum meretur locum;  
 XVI. verum etiam quia Sponte de suis propriis  
 possessionibus Monasterium insigniter  
 dotavit. Hanc Donationem jure fundatione  
 Secundariam nominamus, tum quia paucis  
 interjectis annis, post Fundationem Princi-  
 palem nimirum anno 870. peracta est, tum  
 quia ab ipso potentissimo Rege facta, qui  
 Fundationem principalem Suprema aucto-  
 ritate confirmavit, tum denique precipue  
 quia eandem prae ipsam Fundationem ampli-  
 tudine sua vel adaequat, vel superat.  
 Tradidit enim Ludovicus Rex speciali Diplomate  
 quatuordecim omnino villas, quae totam  
 ferme Clegoviam complectuntur, a Schwa-  
 bova nimirum usq; ad Lauterlingam,  
 in latitudine, et in latitudine a Rappo  
 ad Sibelingam inclusive, illine quatuor  
 hinc trium horarum spatio. Expreserat  
 hanc Regionem antehac Odillos seu Odilleos;

quem proinde primum elegimus Binastam  
eo nomine nobis notum vocare possumus.  
Quo vero pacto eiusdem Regionis proprietates  
ab Odillo ad Regis proprietatem pervenerint,  
non exprimitur: Sed potuit contingere vel  
heredis destitutione, vel quod Odillo illum  
terro tractum solum in beneficium ad dies  
vite vel ut centenarius comes receperit,  
vel denique quod ex delicto exheres fuerit  
declaratus.

Inuat Substantiam huius Diplomatis  
adscribere: Ad Ludovicus Divina favente  
clementia Rex, ob nostra mercedis aug-  
mentum, et pro remedio aie Domini A vi  
1: caroli M: / ac genitoris nostri Ludovici  
pij: / nec non pro salute dilecta conjugis  
1: Aemae: / ac carissima mole Ludovico,  
Carolomano, Carolo crasso, Hildegarda  
et Beatha: / concessimus quardam res  
proprietatis nostra ad Mriiu, quod vocatur  
Kinhowa, id est illam proprietatem, qua  
Odillo habuit in locis subnotatis: Gathelinga,  
Sibelinga, Aowestab, Aideffab, Aelunburg,  
Balba, Suabowa, Rassa, Wolvenesrini,  
wilchinga, Hareluka, Arzinga, wipurila,  
Loucheringa, jam singulorum nominum  
expluat ionem subnotimus: Gathelinga  
id est Gäßlinga, modo territorij Scaffhu-  
fiani est: refertur tamen adhuc in urba-  
riis nostris Seculo decimo quinto census  
quidam inde solvendus quatuor modiorum  
trilicii, ac duorum et semis florenorum.

XVI.

Traditus à Falcie Filium  
penitentem sapienter in  
Somnis admonitum ut  
Mnibus Benefaceret.  
Spec. Histos. Sigeb.  
Gumbela. ad. an. 875.

Sibelinga. Sibilinga eisdem terris orii, ubi  
feuda quatuor aut quinque ad Saeculum usque  
deum unum quintum prestiterunt.

Houestat Hopsellu, que villa Salis ampla  
illo aeo fuit, ea qua ad hodiernum usque diem  
decimo et census debentur Monasterio in  
villulis postea enatis Mühlhau, Rosl, et  
Lüschgraben. Hidestat Hopsellu, ubi  
decimas postea donavit Gorpertus: forte  
à Ludovico tradita sunt advocatia unacum  
Mancipiis, silvis, parvis, aquis &c.

Altenburg Altenburg, ubi quinqs hu obas  
jam dederat Wolvenus, sed advocatiam cum  
reliquis juribus adiecit Ludovicus. Balbo  
balu, quo postea praecipua Sedes Dinartarum  
eisdem nominis, ac deniqs etiam Comitum.  
Cleggoria fuit, à Scythianis tandem  
destructa. Suabova Diswabru. Nullum plane  
est dubium, specialem villam ad exitum  
Silvae eisdem nominis Sitam et ab Altenburg  
distinctam exhibuisse, cuius rudera tempora  
Stumpfii, Guellimani aliorumq; aucthorum  
adhuc virebantur, modo via non invisibilia,  
exploris quorundam fabulis, qui hoc in loco  
antiquissimorum Suevia Regum Sedem  
finxerant, certum est Alemanorum castra  
contra Romanos sub Constantio juniore hic  
posita fuisse. Sicut non improbabile, quod  
vult Elmud P. Rustenus Steer, Altenburgum  
nostrum Comitibus Altenburgiis olim nomen  
dedit, certe Gorpertum comitem ibi jus dix-  
isse ex quadam charta constat.

Ano. Mus.  
fol. 227.

XII.

Raffa Rastig, ubi pariter ex fundatione  
 prima va jam quaedam ad Münch, pertinebant.  
 Superfuit modo nonnulli census. Wolveneseri-  
nthi modo in villam halderswil exire videt,  
 penes quam quidam tractus adhuc exstat,  
 qui Wolfinus rütti dicitur; unde suspicor,  
 novalibus incrementa capientibus denique  
 villam halderswil, cuius sonus recentior,  
 a quodam Baltasaro denominatum fuisse,  
 includit etiam Seu Rütli Hof, quem sedem  
 urbanam seu oriviam Abbatis Rhonaugionis  
 fuisse dicunt. videtur tamen nomen Wolvenes  
 antiquius ex hoc diplomate huic Pradio quam  
Restauratori nostro fuisse. Wilekinga  
Wiltflingem hinc in territorio Scasshuriano,  
 saltem quo ad decimas et census penes Münch  
 pertinet. Aarelaha Gaspach amplior villa  
 illa temperate fuit, postea ad Münch S.  
Agnelis Scasshurij devenit, nunc nobile  
 praedium Nobilium de Bayer, Arzinga  
Enzingem saepius in chartis nostris occurrit,  
 specialiter quo ad rem Eclerastlicam, hic  
 ergo Secularia à Ludovico tradita censeri  
 debent. Idem iudicium esto de Wizwila  
 seu Wiltwil. Louchoringa Laufstingem  
Kinloz jam anno 853. tradiderat, quicquid  
 proprietatis ibi habuit; Ludovicus addidit  
 iura posteriora.

His locis enumeratis additur in Diplomate  
 sequens clausula generalis: cum Eclerius cunctis  
tingis Eclerastlicis rebus, et Maneribus utriusque  
Sexus, curtilibus, edificiis, terris, cultis, et  
incultis, pratibus, parcibus, silvis, aguis, aquarumque

decurribus, Molendinis, Piscationibus, viis et  
 invuis, exitibus et redivibus, quaritis et  
 inquirendis, omnibusq; ad eadem loca jure  
 legitime q; pertinentibus, ut perpetua aliter  
 remaneant ad Monium prescriptum  
 Rhinowa, ubi nunc Wolvine Abbas esse  
 dignoscitur. Hæc clausula amplissima  
 a Supremo Principe adjecta, qui dare  
 potuit, quantum voluit, et voluit quantum  
 potuit, satis individual, jura advocacia  
 et Ecclesiastica in omnem illum Terræ  
 partem, Monasterio fuisse concessa,  
 excepto solo Supremo dominio, quod  
 abdicare a se Princeps nec vult, nec  
 potest, nec solet. Insuper quardam  
 possessiones particulares, ut curtillia,  
 edificiua, Molendina, Mancipia p. quas  
 Odilloz ante profuderat, sine dubio  
 continebat, ceteris tamen particularibus  
 fundis ac jurebus, que incole eorundem  
 locorum hactenus habuerant, ac subinde  
 Monio legare poterant.

Addit Ludovicus eodem in diploma  
 jus piscandi in Rheno supra et infra  
 Monium duarum circiter horarum spacio  
 sequentibus verbis: Insuper etiam de  
loco Lausa in omni quoq; tempore  
tertia post biduum die et nocte usque  
Luabowa, ab eodem autem omni tempore

Dotatio Ludovici R.

31.

in utraque Remi parte usque ad locum, qua  
Tum in fluit, Firandi potestate concedimus.

Salvum et integrum iugiter persistit hoc jus  
Monasterio, nisi quod non iam tempus sed  
locus ex superiori parte sit divisus. facile  
autem ex hoc locu deveniri potest ad filum  
veteris Suabovae jam penitus destructe.

Sano pro similitudo huius donationis duo <sup>XVI.</sup>  
exemplaria Rex expediri fecerat, quod in A.L. 95.  
rebus maioris momenti non inusitatum  
fuisse testatur Mabillon. Alterum exemplar  
compendium precedentis est sub eodem  
dato: sed habet sigillum elegans simile  
illi, quod affixum est Diplomati sub n. X.  
vel 7. in quo clare legitur . . . . PROTEGE  
HLUDOLICUM REG.

Caput V.  
Benefactores primi Seculi.

Ad uno in conspectu primo scribemus, deinde  
propius chartarum verbis, quantum fieri poterit,  
eorum donationes referemus, subijcientes singulis  
locis, que magis erunt notabilia. Nunquam  
Monium nostrum tot simul habuit Beneficos,  
quam primis statim temporibus, ubi disciplina  
Regularis maxime vigebat, et Nobiles quique  
sua bona certatim confesse studuerunt. Sunt  
autem sequentes, qui bona adjecta donarunt.

Rinloz Laucheringam

Meginhard Frerb. Mettingen

Sigemar Nob. cellam Albam

Laudfrid Comes Alcaffin.

Suab Frerby. Waldekilchen.

Nanger et Adalmin Nylvas in Alcaffin.

Adilprecht comes gurtwilam.

Winthhere Oba Emundingen.

Engelhard Hierolzwilare.

Thieterat Trullichoven et Stat.

Amilger Trullichoven.

Othram witzwilam et Arzingam

Odalger et Jma Appellinkuden et

Zeppinwilare.

Göalher Mundichingen.

Herluit wiechsa.

Gozperd comes et Abba Arzingam,  
onam, Cætingen, et Rinheim.

Rinloz tradidit ad Monium, quod dicitur

Rin augia, quicquid in pago Cleggome in villa  
Laucheringa et in illa marcha proprietatis  
habere dinoscatur. Luet pono loco Laucheringen,

Charta II.  
año. 844.

Benefactores.

quod Monrio cessit, Tezelen in Gregore addies  
 vite vixim recepit in temporalis vite pro-  
 visionem, hoc ipsum tamen cogitans de eterna  
 bealitudine in hereditarium jus Monij reliquit.  
 Proinde inter Benefactores, quorum in chartis memo-  
 ria exalat, merito primum locum tenet. Facta est  
 enim haec donatio ante Restorationem, cum nullus  
 adhuc Monij Abbas praesert per conventionem  
 Fratrum et Gopperti Comitibus utroque Advocati,  
 Anno II. Ludovici Regis, qui posterior esse non  
 potest anno 844. a pace vinducari, secundus et  
 primus Regi Papa. neque litterae illae numerales  
 duarum unitatum explicari possunt de anno  
 undecimo, cum modus ille per modum Cifrarum  
 computandi illa tempestate plane fuerit inuri-  
 talus, ac in charta sequenti eadem manu in  
 chartario descripta annus undecimus Regni  
 Ludovici expressae scribatur per denarium et unitatem.

He. gottus hanc chartam  
 exhibet to. II. general. Dipl.  
 charta XL. IX. et ad eundem  
 annum 844. refert.

Meginhard Presbyter pro eterna retributione  
 aia. sua, et pro remedio aia. Patris et Matris,  
 Fratris et Sororum suarum, quicquid in termino  
 Mettingen de hereditate materna habere  
 visus est, tam terras, aedificiis, campis, Silvis,  
 aquis, praeiis, Mobilibus, et immobilibus, Mancipiisq.  
 totum atq. integrum ad Monium, quod vocatur  
 Rin augia, et est constructum in honore S. Mariae  
 et S. Petri, tradidit, atq. transfudit, ut ibi fulgeat,  
 quamdiu mundus flat, quin et ipse simul Monium  
 ingressurum testatur, insertus in librum Fratrum  
 Conscriptorum S. Galli. ceterum satis largam fuisse  
 hanc donationem ex ipsis terminis claret, frustra  
 enim aliis adderetur, cum terras, aedificiis, campisq.  
 nisi haec re ipsa in donatione comprehenderentur,  
 quod pro sequentibus etiam donationibus notasse

1 V.  
 855.

16

Sufficit. Data est haec charta ad Mellingen, in ipsa curia, quam tradidit XII. K. Sep. regnante Rege Ludovico, anno I. Benedicti P. III. Adeoq. anno 855. post Restorationem quidem, sed ante Fundationem Principalem wolbeni. Aine B. V. Mariae additur S. Petrus tanquam Patronus.

Landfrid pro amore patriae caelestis, et pro remedio animarum, sua et Patris sui, quicquid factae ipsius in Alpegone in villa Alaffin conquirivit, et postea ad ipsum allatum est, hoc solum atq. integrum ad Murrum, quod vocatur Rin augia, tradidit et transfudit. Porro Landfrid ipse idem Comes est, qui in charta IX. cum alijs subscriptus reperitur, quod in picturis Maiores nostri indigitarunt. facta fuit haec donatio sub Abbate Antwarto, cuius Regiminis tempus satis est obscurum, a nobis suo loco declarandum. Satis interim sit, id contigisse probabilis anno 856.

Suab. Presbyter aeterni Regni gaudia quorundam acquisitiones suas Deo tradidit, ut eas cum aeternitate valeret invenire, pro eo nempe omne, quod in viis et in termino, in pago Alpegone ad Waldkilchum habuit, tam terris, quam edificijs ad Murrum, quod consuetam est in honore Beati Petri Apostoli, tradidit, atq. transfudit, se quoq. saeculorum promisit. quod et fideliter proficit, Catalogo S. Gallensi adscriptus, nam adventante Mabilonio, simul sua seq. ipsos illo quo Deo consecrare consueverant. ceterum Waldkirch quoad Decimas et jus Patronatus modo pertinet ad Barthenonem Seckingenem, cuius anni proventus ad aliquot millia florenorum aspernere dicuntur. Data est haec charta Toinga coram populo Alpego-

VII.  
856.  
chartam hanc edidit, v. g. gott. loc. cit. N. 47. camp. ad annum 878. quod alijs notis chronologicis destituit. sed ob insertum Antwartum qui wolbenum in Abbatia praefuit, viginti circiter annis antiquior esse debet.

VIII.  
857.  
Hergott fo. 11. geneal. 2. el. charta LXV. exhibet hanc chartam ad an. 857. eo quod N. C. laud. Papa ab an. 858. usq. ad predictum an. exccit. Cicle. riam, potius tamen fluendum annis 858. cum N. C. laud. die 24. Apr. electus sit, haec autem donatio eodem anno in Diplomate Ludovici confirmata.

Benefactores.

35.

vense die 22. Junij anno 857. cum Waldkircha ulpro  
te speciali nota digna inserta et confirmata fit  
in diplomate Ludovici de anno 858.

VIII.  
82.

Manger et uxor eius Adalwin pro remedio  
anime sue et pro Dei amore ad M<sup>r</sup>ium wolvenii,  
quod nominatur Renangia, quod constructum est  
in honore Beate Marie Semper virginis, aliorumque  
innumerabilium ibidem requiescentium tradiderunt.  
hoc est tertia pars, que ipsis contigit in silvis,  
que jacent in duabus marchis, que ambo nominan-  
tur ad Alaphin, et de terra pars una, que jacet  
inter nostras terras, et in alio loco de terra  
Jugera XII. Notari mense tur, quod insignis hae  
donatio facta fit etiam intuitu magna copia  
sacrarum Reliquiarum, quas wolvenus, ut ex  
Diplomate Ludovici constat, in hoc M<sup>r</sup>ium  
intulit; unde in alijs chartis ceterarum et quam  
plurimorum sanctorum fit mentio. Ceterum hae  
donatio triplex est, primo tertia pars sylvarum,  
deinde magni terrarum tractus, postremo agrorum  
in duodecim jugeris consistentium. Forte illae  
sylvae apud Bue Henried adhuc supersunt, cum  
in duabus marchis sitae esse dicantur, nec  
Alaphin, Alofa, seu Alzybe prout fit distributum,  
quem locum <sup>jam</sup> antea Landfridus tradiderat, subpote  
in diplomate Ludovici de anno 858. jam specialiter X  
confirmatum. Hae vero Mangeri charta data  
est anno XX. Ludovici Regis, id est computando  
a pace virdunensi anno 862.

5  
15  
10

Adilpreht Comes tradidit totam hereditatem  
suam ad M<sup>r</sup>ium Anawa, hoc est, quic quid in

XII. 73.  
edita est hae charta a  
Hergollo Gen. Dip. 10. 11.

N. L. XXII. cum indictione  
VI. cui convenit anno  
873. et XXX. Ludovici  
à pace viridunensi.

Hanc chartam habet Ho.  
gott. loc. cit. N. L. XXII. 367.  
anum Hadriani pp. conexit  
Coco II. penono VIII. ponendus  
folet VI. qui idem est cum  
871. in charta expressus.

pago Alpigowe, et in villa nuncupata gurtwila habere  
viduo ort, id est tam terris quam edificiis, Mancipis,  
pialis p. et contra in Italia accepit locum in pago  
Tartonenze situm, vocabulo gaves, diebus vite sue  
tantum tenendum, post obitum vero eius ad ante-  
dictum Murrum redijt in perpetuum tenendus.

Ergo inter Benefactores merito numerandus, maxime  
cum et administrationem dispartiarum possessionum in  
favorem Murrj ad tempus in se suscepisse videatur.

Difficultas occurrit, quia in charta precedenti. XI.  
data año 871. dicitur Adilbertus comitem pro  
hereditate sua in Tartonenzi, pago dedisse libras C.  
nulla facta mentione de gurtwila. Dicendum igitur,  
primo quidem alias possessiones forte chodrum in  
pago Tartonenzi Adilberto pro libris centum  
fuisse traditas: deinde vero subsequenti año 873.  
etiam gaves addidit vite pro gurtwila fuisse concessum;  
dicitur enim data hæc charta año XXX. Ludovici  
Regis, qui a pace viridunensi, aliud esse non potest  
ab año supradicto 873. licet in dicto VII. forte à  
scriptore chartularij adjecta non coincidal; nam  
resalido teste si dubium oriatur circa annos incar-  
nationis atq; indictionis, potius standum pro illis,  
quam pro istis. Porro hunc Adilbertum Comitem  
fuisse Turgovia, prout in charta nostra XIII. data  
año 875. pene dubitari non potest. charta 19. apud  
Gold. fol. 51. scribitur: Adalberto comite in Durgowe  
ad an. 870.

XIII.  
875.

Winithere seu wliutere salubifera compunctione  
pertractus tradidit ad hereditatem suam ad Murrum,  
quod vocatur Renugia, ubi wolvone Fundator  
loci illius venerabilis Abbatroscie dinoscebatur.  
hoc ort, quicquid in pago Turgovenzi in Comitatu  
Adilberti comitis, et in villa Rizmundinga habere

## Benefactores.

viduus est, tam agris, pratis, silvis, aquis p. quidam 37.  
 ages jam ex primæva fundatione Pyramundinga 111.  
 pertinebat ad Münium: modo reliqua adjecit.  
Winitherus unacum alijs, que in Turgovia pos-  
 sidebat, unum duntaxat molendinum, unum que  
 journalem et garandam excipiens, quo sita est ad  
 orientalem partem fluminis, qui dicitur Biberacha.  
Lourens iste ex altera parte nimirum Hegowe  
 influit in Rhenum, ubi insigne molendinum adhuc  
 videtur, sine dubio hoc ipsum a Winithero exceptum.  
 Satis ex eo patet, hanc donationem satis amplem  
 fuisse, et ad Rhenum, si non ultra protendit,  
 credibile enim est eundem Winitherum, dum  
 monachum Athenaugie induit, ut suo loco videbimus,  
 simul ea quoque Münio attulisse, que antea sibi  
 reservaverat. ceterum villam Castmündinga  
 in feudum à Münio usque ad annum 1499. datam  
 fuisse, ex antiquis feudorum libris constat. Data  
 est hoc charta anno Regni Ludovici XXXIII. id  
 est anno christi 875. VII. Idus octob. die Sabbathi.

Engilhart suam hereditatem tradidit ad Münium XV.  
 875.  
Rinava, hoc est, quicquid in villa, que vocatur  
Hierolderwilare, habuit, censumque annis singulis,  
 hoc est, solidos VI. de vino, et VI. Maltura de grano.  
 Nomina antiqua, maxime que ad litteras initiales,  
 suam inter, rogit auctoritatem. Quamvis profuit,  
 pro certo determinare non licet: colligi tamen  
 ex successu potest, regimen ipsius paucis annis  
 fuisse circumscriptum, quod potius morte quam resige-  
 natione reliquisse, silentibus de eo posterioribus  
 chartis S. Gallensibus, credibile est.

† Fuit is wolveno nostro  
 notus iam ab año 837. quo  
 ob reliquias S. Columbani  
 receptas per Gozredum  
 Monachum S. Gallensem  
 wolvenus Monasterio  
 Bobienni et Ecclesie  
 S. Columbani in loco  
 wangas in pago Turgauge,  
 ex charta Muratorij to. 1.  
 Antiquit. foetal. medij  
 svi. pag. 275. quedam  
 bona donavit in marca  
 Suevica, i. e. Turense.

Hic Abbas reperitur tam in Catalogo Fratrum  
conventuum S. gallensi, quam etiam in chartularij  
nostri charta sexta. Ibi inscribitur post Wichram  
et Woluene his uerbis: Antwarth Abba. in ista  
uero hoc modo: ubi Abba Antwarth presere uideatur.  
his duobus testibus coevis utiq; omnis fides adhibenda.  
uenum in tempora, quo profuerit, non uidentur con-  
uenire; nam ex Catalogo S. galli Antwarth imediate  
presere Woluenum apparet, sicut Woluenus  
Wichramum: contra charta sexta nota chronologica  
adijcitur, que huic tempori non congruit. Sic enim  
habet: Actum ad Michilchun coram multis testibus  
XI. K. oct. Dominico regnante. Rege Ludouico.

Proinde ex sola littera Dominicali in annum huius  
charta deuiniri potest. undecimus dies ante Kalen-  
das octobris habet litteram E. que Dominicali  
fuit annis sequentibus, nimirum 844. 850. 856.

Hi, uero anni non uidentur conuenire Abbati Gozredo  
in regimine succedenti; nam anno 856. iam profuerit  
Woluenum, modo supponimus. anno 844. Nullus  
adhuc Abbas praerat Miro nostro, ut ex charta  
Secunda supra notatum fuit, que cum eadem anno  
844. data sit, nullum tamen exhibet Abbatem,  
sicut consensum Fratrum et Gozredi comitis  
accurate exhibeat. Deniq; anno 850. idem nullus  
adesat Abbas, cum Gozredus, uimur, post biennium  
fuerit ante omnes institutus.

Propter hanc aliadq; rationes R. S. Geroldus hic  
errorem in numero litterarum libris subrepsisse arbitratur.  
Vacillat tamen in alio substituendo numero, eisdemq;  
anno constituendo. Ego potius aliquid omisum in  
charta quam essatum fuisse existimo. Si enim anm  
856. eligamus, necesse erit tantum unam tantum  
addere unitatem ut loco XI. legatur XII. K. octobris,  
que ultima unitas in originali facile, potuit esse  
delecta, aut a copista omisa. iam cum dies duode-  
cima ante Kalendas octobris signata sit littera D

Abbatas.

que anno produlo erat Dominicalis, nulla amplius  
 restat difficultas. Sane ubi dubium exoritur,  
 standum, potius pro Originalibus ac Sena diplomatu,  
 cum ut notant Sacerdotes nostri Benedictini in recenti  
 opere Diplomatico, in chartulariis Sapsissime errores  
 quoad numeros irrepperint. Nisi potius hoc in loco  
 velimus dicere, chronotaxin a Copista studiose  
 ad suum Systema fuisse ordinatam, ut nimirum  
 Antwardi charta responderet anno 867. cum ipse  
 existimaverit. Secundum Ludovici Diploma ac Regi-  
 men Abbatiale wolvenii differenda esse usque ad  
 annum 868. Saltem ex ordine Abbatum in char-  
 tulario observato sequitur, Antwardum inter  
 Gozrecum et Wolvenum esse interponendum,  
 licet utriusque prioris Abbatis regimen admodum  
 breve esse contingat. quod si ipsas chartas anteriores  
 ac posteriores inspiciamus, parentem Antwardi  
 nulli anno assignare possumus nisi 856. Ctenim  
 precedens, que traditionem em Cella alba continet,  
 data est anno 856. Sequens vero Herbyleri suab  
 anno quidam 857. Sed X. Kal. Julij, ergo charta de  
 qua loquimur, cum suabi chartam precesserit, nec-  
 cessario statueda est anno 856. ut dies XI. vel XII.  
 Kal. octobris inscribi potuerit.

Quam vero floruerit Ahenaugia sub Antwardi  
 regimine, non solum ex vita S. Tintani colligi, po-  
 tert, cui licentiam se se includendi concepsit; Sed  
 etiam ex donatione Cella alba, ubi ad stabiliondum  
 in utroque Muro Servitium S. Mariae, et praeipue ad  
 introducendum ordinem vere Monasticum atque  
 Benedictinum in Cellam Albam. Poterat illo tempore  
 Ahenaugia nomen Congregationis, potiori jure sibi  
 arrogare, duobus nimirum Cenobijs congregatis,  
 nam ex adjectione alterius Cenobij montalium,  
 ut non nemo valuit, quod et Ahenaugia et plerisque  
 in Monasterijs contigit, non nascitur Congregatio

D. Jo. Gualb.  
 in thes. Jurid.

## CAP. VIII.

hodierno in sensu, quo intelligitur plurimum Monasteriorum sub equali Praelatorum regimine consuetudinem consociatio. quamvis antiquitus quodlibet Monasterium vocetur congregatio, quod nomen in nostris quoque chartis passim obvium est.

## III. Wolveene Restaurator.

Quod wolveenus, antequam in Abbatem constitueretur, factus fuerit Monachus, valde probabile est, cum ipse met. scriptum per Diploma primum a Ludovico obtinuerit, ut non nisi ex gremio Abbat. assumere; cumq. deo confect, Wolveenum Donationem bonorum suorum fecisse, ante quam vel Ulmae vel Francofurti confirmaretur, credibile est, cum unacum bonis suis se ipsum per Monasterio professionis vota Deo consecrasse. quid enim ageret in saeculo bonis spoliatus? Chronicon Eintrudenre refert, eum utpote virum doctum, cum liberis careret, non solum monachum, sed etiam Presbyterum fuisse factum, Certe Abbas et quidem Regularis, post Ansburchum et ante Wicramum fuit, quibus duobus in Catalogo S. Gallensi his verbis interponitur: Wolveene Abba, mutata secunda vocali ex *o* in *i*. uti etiam in ipsis Diplomatibus exprimitur; nam illa mutatio illis temporibus frequentissima fuit. Ceterum eundem Wolveenum Abbatem, praesertim charta nostra post secundum Ludovici Diploma expedita exhibent, quae breviter describere juvat.

852. Nobilem vinum de  
Alemania nomine wolveene.

856. Dño wolveeno ejusdem  
loci hereditario tutore.

858. Ego itaq. wolveene.

Chart. XI. a. 871. ubi ego Wolveene Dominus eiusdem loci gregi Dei praesere cognoscor.

XII. 874. ubi moderne tempore wolveene Dominus eiusdem loci gregi Dei praesere dinoscitur.

Abbat.

XIII. 875. ubi Wolvene Fundator loci illius venerabilis Abba p[re]s[ent]e dinoscitur.

XIV. 876. Ego p[er] Karolus, et idem Wolvene Fidelis Abba noscer.

XV. 876. ubi Wolvene venerabilis Abba gregi Dei p[re]s[ent]e dinoscitur.

XVI. 870. ubi nunc Wolvene Abbas esse dinoscitur.

XVII. 876. ubi moderno tempore Wolvene Dominus eundem loci gregi Dei p[re]s[ent]e dinoscitur.

XVIII. 878. ubi Wolvene Dominus gregi Dei p[re]s[ent]e cognoscitur.

XIX. 878. Ego Wolvene humilis Abba.

De anno quo Wolvenus Restaurator munus Abbatiale in se suscipere dignatus est, uehementer dubitatur. Compilerator chartularij assignat annum 868. existimat enim per Diploma Ludouici Secundum eum fuisse constitutum. Abbatem, quod diploma licet in originali hanc epocham exhibeat: data 11. Idus Apr. anno XXVI Regni Adudouici in orientali francia, indictione VI. quibus Signatur annus 858. ab occupato nempe orientalis francie seu Alemanie Regno; Ipse tamen compilerator in fine copie sue addit annum 868. Nicolai Ep[iscop]i VIII. qui tamen illo ano jam decesserat. Quapropter S. Geroldus in notis eundem copiam, qui nullam aliam Ludouici epocham nisi pacis viridunensis ex primo Diplomate agnoscere videtur, gravibus rationibus confutat, ostendens potius annum 858. cum indictione alijsq[ue] circumstantijs convenire. Nilominus idem S. Geroldus non putat, Wolvenum lum fuisse Abbatem effectum, unica auctoritate chronici Einidlenis ductus, quod electionem eius ad annum 867. reperit; cum tamen confret, idem Chronicon maxime in assignandis annis

89.

858. vii venerabilis nomine wolvene, atq[ue] fidelis vafus noscer.

867. ad Monachium wolveni.

876. vii quidam illustris nomine wolfene.

oppido mendorum esse, quod Gorpertum Abbatem contra  
1. Diplomaticum textum dicit anno 850. fuisse confirmatum.

Cum igitur Diplomaticum auctoritas omnibus prevaleere  
debeat, Wolvenus vero per ipsum Diploma secundum  
Ludovici hac in dignitate videatur esse confirmatus,  
cum nullus alius in chartis posthac appareat Abbas,  
plane annus regiminis primus Wolveni reponendus  
est ad annum christi 858. verba Diplomatici sunt  
Sequentia: Placuit Scientiati nostrae, profatum  
Canobium, suel quicquid ad illud, retinere videtur,  
memorato Wolvino Fidelis nostris concedere, ita  
scilicet, quatinus diebus vite sue sub nostra defen-  
sione ad Dei servitium, peragendum teneat atque  
prospiciat, atque ullius impedimento aut contra-  
ditione. Post eius quoque de hac luc discessum liber  
monachis in eodem Canobio considentibus inter-  
se Abbatem eligere, per nostram nostrorumque  
suosque jurisdictionem et concessionem: et ipse  
Abbas nullum servitium potestati Regie perfol-  
vere cogatur, exceptis assiduis orationibus, nisi  
lingulis annis caballum unum et scutum dum  
lancea ad donum Regi facere venire. Sane, per  
istam expressionem potestatem Abbatialem attri-  
butam Wolvino fuisse, nemo non procuratus  
dubitavit. Nego solum rerum temporalium admini-  
strationem per modum advocatie ei concessam quid  
arbitrari hanc enim jam ante Wolvenus ut Domir-  
nus Monasterij exercebat, negotium necessum erat, ut  
eam tam opere perquireret. obstant quoque verba  
allata: Ad Dei servitium peragendum, quibus in-  
terna quoque Caenobij directio denotatur. Non vocatur  
quidem Abbas ab initio hujus Diplomatici, quia ante  
non erat, sed per ipsum hoc Diploma constituebatur  
Abbas. imo verba illa: Et ipse Abbas primario  
Super Wolvenum, ac deinde Super Sucessores

appellare videntur, ceterum si Antwart adhuc  
habenas tenuisset, sine dubio in hoc diplomate  
fuisse nominatus; wolvernus non solum totum  
regimen sine ullius impedimento in se suscipere  
potuisset, non potuisset Rex Fratribus facultatem  
tribuere, ut mortuo wolverno Abbatem eligerent, si  
forte Antwart supervivisset. aut ergo hic jam  
defunctus erat, aut regimen libere in manus Re-  
gaurariorum seu potius Fundatoris resignarat,  
qui cum sub praedecessore solum ut Tutor heredi-  
tarius praesert, postmodum totam administra-  
tionem in se et suis in se suscepit.

Nego credendum est, wolvernum, dum animum ad restau-  
randum adjuvit Mirium, diu distulisse propositum suum  
saeculum relinquendi, maxime postquam praesens agere bona  
sua jam Deo consecrarat. constat autem ex hoc ipso  
Ludovici Diplomate, wolvernum solemnem traditionem  
suam non solum ulmo, sed jam prius coram Rege perse-  
gisse, antequam hoc diploma confirmatorium Franco-  
furti obtineret. quid igitur sibi persuadeat, wolvernum  
pene bonis spoliatum non simul Monasterium ingres-  
sum fuisse? In Diplomate primo, quo gozpestus Abbas  
constituitur, non reperitur ulla potestas ad tradita  
wolverno, sed solummodo Abbati novo gozpesto, ut le-  
genti patebit; haec ergo in parenti Diplomate in  
wolvernum, vix eisdem verbis translata, quid nisi  
manus indicat Abbatiale? In chartis, quae sequuntur  
primum Diploma, nulla wolverni fit mentio, fit  
vero gozpesti et Antwarti Abbatum. Similiter in  
charta VIII. quae iuxta F. geroldum data est hoc  
ipso anno 858. Rheniugienae Coenobium vocatur  
Monasterium wolverni, quod cum aliis non contingat,  
videtur ab ipso tanquam Abbate ita nominatum  
fuisse. Denique Titulus venerabilis, quem Ludovicus  
sub initium huius Diplomatis wolverno tribuit, jam

Monachum in Abbatem constituendum designare videtur, ut enim iste titulus subinde etiam <sup>laicus</sup> laicus datus fuerit, id tamen rarissime factum, et forte a Ludovico nunquam. certe in nullis chartis nostris unquam tribuitur Laico. In Diplomate primo Ludovicus unicum Abbatem Flovinum Augiensem vocat venerabilem. wolvonus licet pluribus titulis honoratus fuerit, tamen ante hoc tempus nunquam venerabilis adijt, ab post ex predicto praesens diploma pluries ita nominatum fuisse, in supra citatis chartis vidimus, ut adeo nec in isto sine Abbatis prerogativa ita vocatum credamus.

Hic de anno, quo wolvonus Abbatiam adijt, hactenus disputatis, ulterius ex monumentis nostris notandum, wolvonum ante ingressum in Monium fuisse conjugatum. Notatur enim in quodam Mss. nostro vetantiquo Filia ipsius Dietperga ad diem 8. Maji defuncta. Falsum proinde est, quod chronicon Cinciclenso de Restauratore nostro his verbis memorat: Arin hatta hys Wolvonus hinc hinc. licet eo ipso conjugatum fuisse videatur innuere; imo paulo ante Filium eidem adscripsit. videtur autem hanc Filiam supervixisse, si non morte naturalom Patris, saltem civilem, postquam nimirum factus est Monachus et Abbas, et forte haud procul a Monio nostro fuisse Deo dicatam. si enim antea fuisset defuncta, non foret validus, cur non et uxor wolvoni, et Filii et Fratres, et Fratres et Sorores, utpote fundatorum nati, fuissent aliquibus Calendarijs inseripti, de quibus tamen nullibi vel jota reperitur; ut proinde hoc omnes ante wolvoni Monachatum mortuos fuisse existimandum sit; qui a. n. 857. ex eo probabiliter assignatur, quia in charta V. data anno 856. wolvonus vocatur Rhonaugie hereditarius Tutor, quod forte cum statu Monachi haud bene concordaret.

juxta Dionium F. Roma.  
à Land. fol. 29. et Ami  
Ab. Bernardi fol. 43.

Quam prorsus felicitate Wolvenus Monium, exivit,  
 et quoad utramque Substantiam adauxerit, facile  
 quilibet ex hactenus dictis et postea dicendis animade-  
 vere poterit. Etenim anno 870. gloriosissimus Rex XVI.  
 Ludovicus exemplum Wolveni Leutus Athenuugio  
 Cloggoviam ferme totam contradidit. Diplomate  
 Tertio de rebus exposito, in quo licet a clerico Abbatis  
 vel ex gremio, vel aliunde, si in gremio dignus inve-  
 niri non possit, stabilitur. Nec exemplum ab om-  
 nibus Imperij oneribus ab eodem. Rega concessa  
 sine nota, pretervunda est. Sub Censu nimirum annuo  
 unius Equi cum scuto atque lancea. Similem exemp-  
 tionem etiam alia quodam Muria ostendunt: imo  
 nonnulla veluti Campiduenae ob paupertatem etiam  
 remissionem cuiuscunque Censuum annui obtinuerunt.  
 Quanam Wolvenus iam Abbas ex bonis sibi XI.  
 perdidit in pagis Cloggoviensi, Alpegovensi, et  
 Turgovensi anno 871. Murio adiecit, suo loco  
 vidimus. anno 874. Gurtwilam ab Adalberto XII.  
 Comite recopit. anno 876. Concanbium utile, pro  
 Murio cum Gogresto itidem comite et parte a  
 Abbate fecit. ut hactenus donationes Wlinteri,  
 Engilhardi, Thierata, Amilgeri, Othrami, aliorumque,  
 qui ipso regnante bona sua Murio contulerunt.  
 Disciplinam prorsus Regularem ad exemplum S.  
 Pantani ipsiusque piissimi Restauratoris sanctif-  
 simam viguisse, mox speciali capite ostendemus.  
 Quo tandem anno Restaurator et Abbas obierit,  
 certo non constat. Anno 878. Eundem adhuc in  
 vivis fuisse, demonstrat charta, qua confirmavit,  
 Concanbium iam pridem cum Gogresto Comite  
 factum; ut adeo viginti annorum regimine breviorum  
 Antecessorum etatem compensasse videatur.  
 Opportuit igitur eum ad provecctam Senectutem

peruenisse, cum conflet, tempore Reformationis  
haud amplius fuisse juvenem. forte annos cum saulo  
numcrabat. In calendarijs nostris ipsius obitus ascri-  
natur ad diem 23. Decembris: cum ergo s. Fintanus  
praedicto anno 878. die 15. Novembris ad Superos  
migraverit, certum est Wolvenum Sancto Fintano  
fuisse Superstitem. Postquam eodem anno sanctissimus  
confector noster suum Abbatem et vere Patrem amantissi-  
mum ad caelestia regna vocavit. Postea Calendaria,  
quae obitum eius designant, in sequentibus Mss.  
continetur.

L. XXXIII. 23. Decem. ob Wolvene Dominus con-  
fractor <sup>loci</sup> huius.

L. XXXIV. 2. 23. Decem. Wolvene Renaug<sup>us</sup> Monast<sup>rii</sup>  
Fund<sup>ator</sup>?

XCVIII. 23. Decem. Wolvenus comes Reformationis  
huius Monasterij Renaugie.

Tumultus certe fuit in suo Monastio, et suspicor tu-  
mulum, qui inscribitur Fundatorum nostrorum sermo  
Solutus Wolveni esse, cuius tantum in Mss. fit mentio,  
et lilia eius Diel, rego. id ostendere videtur par-  
vitas litterae, scripturaeque, quae post initium huius sedeli  
translatae sunt; praeterquam quod Pater Avusque  
ipsius forte nec Renaugie decesserint, alter illi  
Renaugie exiitio fuerit inter mortuos, denique ut-  
riusque sepulchrum ex memoria hominum deletum.  
Honorem, qui huic tumulo in antiqua Ecclesia in  
medio navis existerenti, ac supra pavimento  
elevato, exhibitus fuerat, umbella saepius appensa,  
alibi notavi.

Abbatibus.

IV. Wichram.

Hunc Abbatem ex gremio electum circa haec tempora profuisse Monio nostro, constat ex Fraternalitate, quam iniit cum Monasterio S. galli, cuius instrumentum exhibet goldastus sequenti tenore.

Reum Aleman. 2o. 2. f. 141.

Ano ab incarnatione Dni DCCC LXXXV. indictione III. imperante serenissimo Domino Karolo imperatore Augusto facta est conventio salubris inter Monasterium S. galli, cui tunc venerabilis Abba Bernardus praesere videbatur, et aliud Monium, quod Rinowa nominatur, ubi wichramus Abba profuit ipso tempore, videlicet, ut quando- cunque de uno istorum Monio ad alium, forte aliud, Monium nomina defunctorum pervenerint Fratrum plena Missarum et vigiliarum, Psalmorum et oblationum commemoratio peragatur, sicut solent in utraque parte pro suo proprio agere Fratres.

Si ipso tempore wichramus Ahenaugia profuit, 9o anno 885. Abbas erat. Bernardus S. gallensis teste Ratperto apud goldastum ordinatus fuit anno 882. VIII. idus Decembris. wichramum vero jam ante fuisse Abbatem ea eo coniectare licet, quia ano 888. jam gozrestus II. eidem successerat. Sane Suffragia, quae pro defunctis utriusque Monii fieri debebant, consistebant in sequentibus. Ipso die, quo nuntiabatur defunctus, singuli Presbyteri tres Missas, ceteri fratres Psalterium ac celebrationem vigiliae decantabant, communis quoque oblatio ab omnibus fiebat. quibus verbis sacra communio intelligi potest. Item die Septimo XXX. psalmos: trigesimo autem Presbyteri omnes pro eo unam Missam, et ceteri L. psalmos implebant: Denique annona, sicut uni e Fratribus datur, pro illo ex integro per totos XXX. dies pauperibus tribuebatur. Notarunt nostri analista hanc Fraternalitatem ano 1188. per Conradum Epum

fol. 11.

Sabinensem fuisse renovatam, et ad vivos ita extensam, ut Fratres ex uno Monio ad alterum profertur transgressi. verum ex instrumento, quod Goldarius refert, aperte constat, hanc renovationem Solimado factam cum Fratribus Sanctae Moguntinae Ecclesiae, adeoque ad Rhenaniam nihil attinere.

Wichramum immediatum Lucesporem volvensi fuisse, ex Catalogo eodem anno adscripto patet. Exhibetur enim Wichram Abba omnium primus, ut qui istam Confraternitatem inierat, eidemque statim subiungitur Woluone Abba, qui ante paucos annos obierat; Deinde Antwarth Wolvensi antecessor, Adalhart Presbyter &c. ex quibus constat Wichramum dum adhuc viveret, cum solo suo conventu huic Catalogo inscriptum fuisse, deinde reliquos iam defunctos, ad quos etiam saltem bonorum operum communicatio se extendebat. Gotzestus 1. quare fuerit omisus alibi vidimus, quod si tam en plures antehac Monio nro, profuerunt Abbates, sine dubio etiam fuisse notati. verum de hoc libro Traktum Conscriptorum S. Gallensii, utpote uno ex principis historiae nostrae monumentis, quem ego ipse met in originali ex S. Gallo mecum Rhenaniam attuli, videatur, quo post accuratam delineationem reflexiones feci. Id solum ex Vadiano, qui hunc librum modo manu. cum fasto integrum viderat, animadverto, sub initium, ubi viginti novem Monia adscribuntur, quibus obitus defuncti Traktis subscripta formula intin abatur, Rhenoviense numero octavo his verbis recitari: Fratribus in Rinowa. Haud diu supervixit Wichramus huic inita Fraternitati, quem in Abbatiali dignitate secutus est.

V. Gozpertus II.

77.

Charta, quo hunc jam año 888. XV. Kal. Julij Abbatem  
 vocat, verbis consuetis utitur: ubi modo Gozpertus p[ro]cip[er]e  
dinovicitur. Eundem in modum loquitur alia charta, que  
 data est año 892. ubi modo Gozpertus p[ro]cip[er]e. Ipse  
 vero Gozpertus in alio instrumento eundem anni origi-  
 naliter adhuc existente Leirrum Abbatem nominat:  
ubi ego licet indignus Abba gregi Dei p[ro]cip[er]e videor.  
 Ex quibus verbis apparet, eum Abbatem fuisse regularem,  
 nec solum bonis externis, sed etiam gregi Dei, id est  
 Tractibus in disciplina observantia proficere ac  
 pervicere; unde deinceps non amplius comes, sed Abbas  
 tantum vocatur. Imo cum allodia sua liberalissime  
 in Monasterium contulerit, credibile est, eum prius  
 factum fuisse Monachum, ac deinde ex gremio iuxta  
 tenorem Diplomatis Ludoviciani electum in Abbatem.  
 Certe Filius eius Folkerus, quem in instrumento hoc  
 nominat, Monachus erat Rhenaniensis testante  
 Manucripto XXX. ubi ad diem 19. Augusti notatur  
 eius obitus.

XXI.  
 XXII.  
 XXIII.  
 N. 9.

Gozpertum hunc nomine secundum ante ingressum  
 in Mirium fuisse Comitem, constat ex eo, quia id  
 ipse fuit, qui iam pridem nempe año 876. Comita-  
 tionem fecerat cum Mirio, in cuius confirmationem  
 cum Carolus Rex, postea Imperator sub nomine  
 Craspi, vocat Fedelm Comitem suum: walcenus  
 vero in alia charta bis nomine Comitis compellat.  
 Eadem tamen eora in Lauffano Marcho nempe,  
 Langenisa, Flueringen, et Morisvilares, que tunc  
 ceperat, non solum factus Abbas exhibuit Mirio,  
 sed etiam de suis allodiis in pago Cleggovo Supradis  
 swam, que nunc Eglishau dicitur, et Rinheim cum  
 omnibus pertinentiis; unde post Ludovicum p[ro]cip[er]e  
 benefactor consetur. An vero eundem Pagi Cleggovic  
 Comes antea fuerit, illa certum non est, cum Comes

XIV.  
 XX.

ille Gozpertus, qui praesentiam suam comodatam expeditioni Charlo XXI. et XXII. alius plane fuerit a postero Abbate, qui in eiusdem chartis ad initium sub eodem nomine comparatur, adeoque ut persona a comite distincta. Sicut tamen nosse Abbas illius alius comitis Gozperti fuisse antecessor. Certe in Turingia Adalbert et Adalric erant Comites eo ipso tempore, quo Gozpertus nosse vocatur Comes.

Quamdiu Gozpertus praefuerit, an finem huius seculi attigerit, an vix erit usque ad annum 912. quod certo alius Abbas praeserat, modo determinare non licet. Dubium augeat quia in charta, quo data est anno 898. non amplius nominatur; eo quo eius obitus argui, posse videtur. Sed de hoc factis plura sequenti seculo.

Nunc restaret demonstrandum, alios Abbates, qui haec enus irtis a nobis enumeratis antepositi aut interpositi fuerunt, plane esse confictos. Verum id satis ex iam dictis constare potest, praesertim ubi Gozpertum primum etiam inter omnes Abbates primum constitutum fuisse probavimus. Breviter tamen eos juvat inspicere, quos vel recensisse iam confutasse est. Igitur primum non nulli ponunt Abbatem Adalbradt, nulla alia ex ratione, quam ex antiquitate, ut solum, nominis, et quia Monium nostrum vel in ipsis eundem sine Abbate constituisse volunt, quasi idem foret, et Monium condere, et constituisse Abbatem. Verum comparabit suo loco Adalbracht sub nomine Adalberti. Huius alij. substituant Anonymum circa annum 800. sub quo Salicet vixit S. Tintanus. Quidam vero eundem Baptizant, et. Vom en mutuantur a posteriore Abbate Wifchramo, qui

cum certo sedesit a<sup>n</sup>o 885. eundem in duas personas  
 fecant, ut prior quidem uenisset a<sup>n</sup>o 800. alter uero  
 predictus a<sup>n</sup>o 885. quo in catalogo S. gallensi omisso;  
 licet ipse mel. Frater. uita<sup>m</sup> iniecit, ille primus  
 recensetur: cui chronicon Fabaricense recentius  
 accomodarunt, ut nimirum S. Finlanus coevus fuit et  
 Beato Wernero. Fort hunc nominant wolvinum  
 Fidem. Restauratoris, qui ut Abbas refecit  
 Ecclesiam uelut a<sup>n</sup>te jam collapsam. a<sup>n</sup>o 818. ex  
 monumento quodam scilicet heri nato. huncq<sup>ue</sup> cata-  
 logo S. gallensi obliuiscunt, omisso pariter Restau-  
 ratore nostro, qui tamen paucis annis ante con-  
 scriptum illum catalogum S. gallensibus notissimus  
 decesserat. Deniq<sup>ue</sup> othardum et Radpoldum ex  
 eodem catalogo adnumerant, ex errore, quod necierant,  
Abam et Albam in proxima adscriptas fuisse  
 feminas, non uero Pontifices, renovata scilicet  
 antiqua illa Joanno Papissa. fabelia. videantur,  
 quo fusius his de rebus scripsimus tum in digres-  
 sionibus ad vitam S. Finlani, tum in notis ad  
 librum Tractum conuictorum S. galli, quem  
 in originali p<sup>er</sup> oculos habuimus.

## Monachi Seculi primi.

Licet certum sit, jam à tempore primæ Fun-  
dationis Monachos in Muriis nostris habitasse, cum  
Monasterium, Monachorum jam ante Restaurationem  
fuerit uocatum; imò ipsa restauratio Monasterium  
sane non uacuum supponat; Denique in charta II.  
data anno 844. memoretur concambium cum con-  
sensione Tractum fuisse factum; eorum tamen  
numerus ac nomina nobis ignota sunt, nisi forte  
paucorum, qui tempore Restaurationis adhuc Super-  
stites erant, et Catalogo S. Gallensi, ut jam pridem  
mortui, fuerunt inserti; quam prorsus fidem merita-  
tur Liber iste Tractum conscriptum Muri S.  
gallensis, uel ex eo liquet, quia post tot secula  
nobis communicatus mirificè cum Coeris monumentis  
nostris concordat, in quibus nullus Monachus repe-  
ritur, qui non eidem Libero fuerit inscriptus; ut  
adeo etiam quo ad reliquos, qui in chartis nostris  
non exprimentur, plenam omnino faciat fidem.

Sunt autem in prædicto Catalogo primæ a  
eademque manu adnotati unacum Libris Abbatibus  
Wichramo, Wolvono, et Antwartho, Religiosi om-  
nino quadraginta sex, ex quibus 22. Presbyteri.  
3. Diaconi. 8. Subdiaconi, 1. Clericus. et 9. Monachi  
post quos statim sequitur minor ac contractior cha-  
racter alijs etiam nominibus interpolatus. cum  
ex chartis nostris constat, inter illos quadraginta  
sex aliquos ex prioribus sub Wichramo Abbate  
vixisse, ex posterioribus autem illo tempore  
jam fuisse defunctos, dubium nullum est, prius  
inscriptos fuisse defunctos, id est anno 885. viventes,  
ac deinde jam mortuos saltem a tempore Restau-  
rationis. Quousque uero viventes inscripti sese ex-  
tendant, probabiliter conijcere licet ex Winithere,  
qui ponitur numero 27<sup>mo</sup> cum enim juxta chartam

.VIII. Winithes anno 875. nondum fuerit Monachus, credibile est, cum tempore ecclesie facte civitatis adhuc vixisset, ac consequenter reliquos omnes, qui in catalogo ei pro ponuntur, ac numerum viginti quatuor implent, simul totum conventum sub Wicthamo Abbate constituisse. Quod mirum nemini videri debet, cum M<sup>n</sup>rium nostrum opibus adeo auctum, non solum tot quin etiam pluribus alendis omnino fuerit sufficiens, convenit etiam iste numerus cum eo, quem refert Cradus, nimirum Carolum M. tot M<sup>n</sup>ria fundasse, quod littere in alphabeto numerantur, et in singulis M<sup>n</sup>riis 23. Monachos, et Abbatem constituisse.

Sort. Winithesum usque ad S. Finlanum d. sequuntur Religiosi, qui facta fides iam ante S. Finlanum erant defuncti, cum ipse Sanctus sine rubio inter defunctos recensetur. Igitur verisimile est, hos 82. Religiosos tempore Restorationis jam fuisse in M<sup>n</sup>rio, si enim tunc primum unicum S. Finlanum advenissent, non foret ratio, cur S. Finlanus illis non fuisset antepositus, cum ceelum sit, eum a Restoratione unicum Restoratione in M<sup>n</sup>rium fuisse introductum. Qui sequuntur S. Finlanum, omnes quoque ante initam a Wicthamo Imperialitatem abierant. Quo vero tempore ingressi sint M<sup>n</sup>rium, statueret non licet, nisi de illis, de quibus in chartis sit mentio, quos postea singulatim recensere bimus. Quandoquidem vero Luthere jam anno 856. inter juvenes Religiosos numerabatur, idemque adhuc anno 885. inter viuentes, primos, lenior ergo hoc in catalogo exhibeatur, primum est credere, eos, qui eidem pro ponuntur, ante ipsam ad conversionem venisse, proindeque iuxta Regulam S. Benedicti ordine processisse. Igitur credibile est, eos saltem tempore Restorationis

V.

professor, presentibus fuisse preter eos qui unicum  
 gogre. 101. ex Muriis S. galli, aut etiam ex Augia  
 dicite, submittente Folvenc Abbate in subsidium  
 adveniant. Sunt autem tres sequentes: Adalhart  
pub. Parahiker pub. Thioline pub. Et quid impedit,  
 & Adalhardum. In propositum vocemus, qui ad exemplis  
 aliorum Monasteriorum sine dubio etiam in nostro  
 constitutus fuerit, et pro honore officij, primus  
 post Abbatem nominatus. Minutiora quidem hec  
 sunt, sed quia antiqua et nostra, ideo non sprenda.  
 certum interim videtur, preter Lutherum ac tres  
 mox memoratos sub primis tribus Abbatibus vixisse  
 sequentes:

4. Runolf pub. 28.
5. Lobegio pub. 29.
6. Odalhart pub. 30.
7. Richprecht pub. 31.
8. Wago mon. 32.
9. Heimar pub. 33.
851. 10. Tindan mon. 34. Mo. XVIII. XXVIII.
11. Engilhart pub. 35.
12. Emicho pub. 36.
857. 13. Suab pub. 37. VII.
14. Notker mon. 38.
15. Laito sub. 39.
858. 16. Meginhart pub. 40. IV.
17. Tindian sub. 41.
18. Weighere pub. 42.
19. Hiltine pub. 43.
20. Tunach mon. 44.
858. 21. Sigimar mon. 45. V.
22. Thingolt mon. 46.

Quibus si quatuor supra nominatos adjungas erunt  
 Monachi 23. his autem successive pro montuis sub-  
 stituti sunt ex posterioribus sequentibus, quorum  
 pleiis jam sub Wolvenc Abbate Monachi erant,  
 sub wickramo vero in legum conventum constituebant.  
 eorum nomina sunt sequentia ista.

Monachi.

- 23. Adalhart püb. 4.
- 24. Serakelen püb. 5.
- \* 853. 25. Thioline püb. 6. III.
- 856. 26. Luthheri püb. 7. V.
- 27. Othart mon. 8.
- 28. Grambreht püb. 9.
- 29. Bald. mon. 10.
- 878. 30. Richiker püb. 11. XX.
- 31. Adilcoz Dia. 12.
- 32. Hunbreht püb. 13.
- 33. Egilge mon. 14.
- 34. wolshart püb. 15.
- 878. 35. Egilhart Dia. 16. XV.
- 36. Odalge püb. 17.
- 37. Cunthare sub. 18.
- 38. Feinger püb. 19.
- 39. Adalung dia. 20.
- 892. 40. Luitrecht sub. 21. N. 9.
- 41. wolfrige püb. 22.
- 42. Walther sub. 23.
- 43. Othart sub. 24.
- 44. wolshart sub. 25.
- 45. Otine sub. 26.
- 46. Winthheri sub. cler. 27. XIII.

Ex una parte signavimus numerum secundum Senium, aliter autem secundum litteram seu ordinem, quo ponuntur in Manuscripto, proterea tres Abbates, quibus tres primos numeros reliquimus. Pro minimis etiam annis, quibus repertiuntur vix ipse in chartis nostris, ipsarumque chartarum numerum adjunximus. cetera videri possunt in notis ad ipsam S. gallensem Manuscriptum. Nunc superest, ut quo alibi notata digna extra istum Catalogum de quibusdam Religiosis nostris repertiuntur, subnectamus.

Thioline presbyter, qui ponitur numero sexto, probabiliter est ille, qui, ut constat ex charta III. Concambium cum Mrio fecerat, sub nomine Thiolonis presbyteri anno 853. proinde oppidò inter Senes sub

wichramo numeratur. Sæpius enim occurrunt huiusmodi contractus aut donationes, quas fecerant illi ipsi, qui ad Conversionem venerant, aut postea Saltem Monachatum suscepturi erant. quod quidem ex mox subsequentiibus clarius patebit, ac plerumq; contingit ex Mabillonio jam notavit R. P. Gerardus.

**IV.** Meginhart, presbyter, qui in Supra scripto catalogo numero quadragesimo recensetur, jam a. 855. Mnrium nostrum ingressus est, prout ipse met. hinc verbis testatur: Ego Meginhart indignus Presbyter Divina gratia compunctus, verba Redemptoris horrens, qua suis discipulis inuit, qui non renuntiat omnibus, qua profidet, non poterit meus esse discipulus, ideo namq; complacuit mihi eius esse discipulum, et quicquid in termino Mellingen habere visus sum ad Mnrium Rin augia tradere. Tantum in eam videlicet rationem, ut ibi locum meum et nutrimentum habeam, quamdiu vivam. Non vixit tamen usq; ad wichrami regimen, cum inter defunctos ponatur.

**V.** Suidheri Presbyter, ponitur inter Condriolos numero Septimo. Tunc filium esse Sigemari, qui Cellam Albam Rhenavie donavit, necesse ex Charta donationis dubitare quis posset, dicitur enim ibi tantum: Pro Lemelippo et filio suo nomine Liuithere. verum Manuscriptum nostrum, quod **CIII.** Charterio antiquius est, Liuthicum directe vocat Monachum. proinde Liuther haud diu post an. 850. quo data est illa charta, factus est monachus, et cum juvenis esset, inter Seniores et Presbyteros post 20. annos comparuit.

**V.** Sigemar Monachus probabilissime fuit vir ille nobilis. Cetera precedentis Monachi Liutheri, qui Filium in conversione inductus est, unde in Charta sua aequè pro Lemelippo pro filio suo loquitur, licet utriusq; propositum ibi non exprimat. Ambarum conjunctio in eodem S. gallensi Catalogo Fratrum Rhenavienarium id ad exemplum Restauratoris nostri volvens

factum fuisse constat, cum aulem inter port-  
 remos numero 49.º recensetur, certum est, cum  
 inter mortuos tempore wicrami fuisse adscriptum,  
 ut qui iam senex venerit ad concessionem.

Suab Fierbytea inter defunctos pariter recensitus  
 numero 57.º circa annum 858. jam grandævus. Mirid  
 ingressus est. Su enim loquitur in donatione wälto-  
 kirchij data Joinge: Ego Fierbytea Suab Regni aeterni  
gaudia querens, libet me omnes acquisitiones  
meas Deo dare, ut eadem aeternitate valeam invenire.  
 Et ne quis dubitare possit, cum omnibus acquisitionibus  
 suis Sometiprum etiam donasset, paulo post subdit:  
 me quoque Sacularum promitto. Quam promissionem  
 opere completam, de morte, et catalogo S. Gallensis.

Winitheri Clividus eodem est, qui in titulo chartae  
 XIII. quidem winithere, in contextu tamen eiusdem  
 vocatur winithere. Id enim testatur eius firmum  
 propositum año 875. verbis sequentibus: Divocis  
Dominica auctoritate provocamur exemplis,  
transitorias rerum contempnere substantias, et  
manuos aeterna felicitatis thesauros, quos cuigo et  
linea demoliri nequit, nec fures effodere nec furari:  
Hae ego winithere salubifera compunctione per-  
tractans, trado oem hereditatem meam ad Miridum  
Renaugias in eam duntaxat rationem, ut quamdiu in  
saeculo manere volueris, oes res meas in mea habeam  
potestatem, et quodcumque Dei in ipis ante clementia  
saeculum relinquere et in Mirio permanere plaucis,  
tunc in eodem Mirio duorum fratrum annona mihi  
tribuetur, et conferentim superius nominata ad nomi-  
natum Cenobium permanent. Et quibus patere  
videtur, cum non statim saeculum reliquisse, nihil-  
ominus ante annum 885. Miridum fuisse ingressum,  
 quo año inter viventes forte novissimus nimirum  
 numero 27.º, reliquis fratribus in catalogo adscriptus  
 fuit, hoc ipso demonstrans, superiores ante ipsum  
 positos omnes simul tunc in vivis exstitisse.

Engilhart Diaconus vocatur charta XV. Engilhart. data est. hae charta a<sup>no</sup> 878. et in testia persona tempore protestiis per modum tamen publici instrumenti significat, eum hereditatem suam M<sup>o</sup>rio tradidisse. cumq; ante winitherium numero 13.<sup>o</sup> in catalogo Athonugiensium ponatur, dubitari nequit, eum diu ante winitherium profectum fuisse, licet huius donatio uno a<sup>no</sup> p<sup>re</sup>cesserit illius donationem.

Richker Presbyter memoratur charta XX. data a<sup>no</sup> 878. quem eundem probabiliter putat esse P. geroldus, qui in presenti catalogo inter vivos recensetur numero undecimo.

Luitprecht Subdiaconus portus numero 21.<sup>o</sup> scripsit tanquam Notarius donationem amplissimam G<sup>o</sup>zprehti II. a<sup>no</sup> 892. in originali adhuc extantem,

N. 9.

XXIII.

licet copista in chartulario subscriptionem omiserit, qua sic sonat: Ego itaq; Luitprestus monachus, rogatus anno Domini incarnationis DCCC XC II. a<sup>no</sup> Regis Arnolphi V. XIII. Kal. Jul. vel XVIII. die Dominica notarij diem et annum scripsi. additur huiusmodi

Notariatus insignie . Ecce novum et evidens fundamentum, quod viventes Monachi in scriptis primo loco fuerint catalogo S. Gallensi; si enim Luitprestus vixit a<sup>no</sup> 892. profecto in vivis, pariter erat a<sup>no</sup> 885. ceterum R. P. Geroldus hunc in locum sequentia optime glossatur. Fuit Luitprestus iste Notarius seu cancellarius M<sup>o</sup>rii; M<sup>o</sup>ria enim suis singula habebant Notarios ac cancellarios ex proprio colu, qui instrumenta etiam publica ex institutione sua conficere solebant, ut scripsit

l. 3. c. 4. n. 5. Mabill. allegans caroli M. Capitulare primum al. 2. c. 13. a<sup>no</sup> 805. in quo statuitur Cap. 3. ut unusquisq; Episcopus et Abba et Comes suum Notarium habeant. ut autem notat vadianus, non licet passim et promiscue conribere chartas, sed certi et delegati muneris ea facultas erat, quam Abbates

et Advocati. Regij ea etate non nisi Monachis  
conferiebant. cuius causam credo fuisse, quia paucissimi  
Monachos respiciantur literati.

S. Fintanus, cuius primo loco debebat mentioni fieri,  
in isto catalogo ponitur numero 34.º nec alium in locum  
poni debebat; si enim res circumstantia considerentur,  
deceserat ille septem annis ante ecclesiam Fraternalium,  
ergo inter defunctos non erat postremo loco ponendus.  
Miror sane, quorundam adhuc dum dubitare, utrum sub  
isto nomine intelligendus sit Sanctissimus Confessor  
nostre; libentius ex isto catalogo eliminatum cuperem,  
quam ut suam preoccupatam opinionem de semiseculi  
antiquitate decere cogere. Quæro! cur unus  
Fintanus, si tamen nomen eius tam celebre, in  
isto catalogo nostrorum Confessorum omittatur?  
Quo fato contigit, ut ex hibernia nullus alius ad nostrum  
conobium veniret, nisi post S. Fintanum, alius  
omnino Fintanus eisdem nominis, et forte Fintianus,  
de quo infra? Si ad initium huius seculi nostre  
Sanctus ponendus est, cur nullius alius Monachi  
memoria supra fuit? cur nullum amplius monumentum  
quare malunt di auctoritate destituti in obsequio acci-  
bere, et omni passu in qualibet circumstantia im-  
pingere, quam claram lucem agnoscerent, et S. Fintanum  
in apertis positum venerari? Sed enim Vadianus ait;  
Scolos et hibernos Policos peregrinari profectim  
ad Rhenum et Danubium. Non video, quomodo ex hoc  
sexu duo Fintanos extenderi possint, quin potius  
ex Adventu S. Fintani ac vindicari, aliorumque ad  
adria Norica illud effatum edidit Vadianus. Plura quida-  
m Imo Tubulari nostro hoc loco memoranda forent;  
sed quoniam primum laborem in Mirij nostri historicius vita commentario consecravimus,  
itaudem lectorem remittimus. Ex quo tamen  
Fintianum Subdiaconum noto, qui cum unico preter  
Fintanum inter Reliquos Rhenoenses idioma Scoticum  
profecerat, credibile esse, eundem individuum S. Fintani  
socium fuisse, utrumque simul ad Insulam nostram  
apulisse, ac denique Fintianum esse S. Fintani vita  
scriptorem, unde cum aliquot annis S. Fintanum supra  
vixit, in supra dicto catalogo post ipsum numero  
41. inter defunctos describitur.

Apud Gold. p. ofat.  
in 2. 3.

## Disciplina Saeculi primi.

Sub nomine disciplina imprimis quidem intelligo Monasticam seu regularem, quae non semper eadem in nostro Monio viguit: Deinde vero, reliquas consuetudines, moresque, licet ad Regularem observantiam esse non pertineant. Equidem ante Restaurationem, sicut reliquae, ita et disciplina caput, nobis indognita manerunt, denicestque tamen, licet, prout in aliorum cenobiorum exordiis contigit, parvum quidem Monachorum gregem, magno tamen animo disciplinam Monasticam conrestitutum fuisse. Sed Monio fere penitus devotato ad perfectionem non pervenisse. Contra vix cepta Restauratione, mirum est, quanto splendore Religio ad Regularis disciplina normam inclaruerit. Cuius certa monumenta hodieque super sunt. Neque aliter fieri potuit praesentibus piissimo Restauratore voluono, Sapientissimo Archiduce Gozberto I. et sanctissimo confratre, Titano verbo et exemplo, praevalentibus, qui Monastio perfectionis normam praesentibus imitariunt et futuris. verum, rem alius ex Diplomatebus repetamus.

Finis ac motiva Fundationis nra directe exprimuntur in Diplomate primo, ubi Ludovicus Germanicus ait: ob laudes Divinas et Regulares Disciplinas. Monium a Maioribus voluoni fuisse constructum.

X. In Secundo Diplomate idem Rex motivum ipsius Restauratoris publicè declarat: Ille s. voluene. / ob amorem Domini nostri Jesu christi et pro remedio anime sue et antecessorum suorum profatum Monium restauravit. Obligationem Monachorum voluonus ipse in Fundationis sue instrumento his verbis

IX. expressit: quatenus ipsius s. Regis. / et Successorum suorum, mei quoque et Parentum meorum memoria in orationibus Monachorum ibidem existentium assidue frequentetur: atque profatus locus inconcusus existens Laudes in perpetuum auctori nostro Deo persolvere. Nec dubium, Monachos nostros primos sub oculis et gubernatione ipsius Fundatoris has obligationes accurate observasse,

Disciplina.

89.

atq; fini profico ad am finm respondisse. Igitur  
 laudes Divinas per officium Psalmodia iugiter  
 frequentabant, Pro Rege ac Fundatoribus Dei  
 misericordiam incessanter implorabant, idq; sub  
 Regulari id est Monastica disciplina peragebant;  
 probat enim Mabillonius, illa temperate Re-  
 gularem a Canonica disciplina per hoc distinctam  
 fuisse, quod illa Monachorum, vita Canonico-  
 rum est.

to. 2. an.

Statuendum <sup>ergo</sup> pro tanto, quam regula Monachi nos-  
 tri tunc observaverint, ex qua deinde eorum mo-  
 res sumatim cognosci poterunt. Si verum est,  
 Gregorium primum Abbatem ex Monio S. galli  
 postulatum fuisse, facile adducor, ut eadem, vni-  
 dem Monij disciplinam hic quoq; fuisse introduc-  
 tam. Constat autem, a tempore S. Othmari circa  
 medium Pauli octavi, omissa Regula S. Columbari,  
 unica alteram S. Benedicti a S. gallensibus obser-  
 vatam. Idem liquet de vicino Monio Augie Di-  
 vitiis, in quam S. Firminius in ipsa Fundatione  
 hanc posteriorem Regulam introduxit. jmo vadia.

apud Gold.  
Rezp. al. 1. 3.

quo ait: a Gregorij Pontificatu perpetuis  
 quingentis annis aliam Regulam non habuisse,  
 quam Benedicti. Quod licet universaliter verum non sit,  
 teste Mabillonio diu post Gregorium diversa saepe  
 Regulae etiam in eodem Monio fuerint observatae,  
 id tamen a temporibus Caroli M. ut plurimum verum  
 fuit. ceterum de Monio nostro id ulterius colli-  
 gitur ex charta data ano 876. in qua praedium  
 Monio donatum, servato tamen usufructu sub  
 obligatione Monachis in festivitate S. Benedicti  
 prandium singulis annis parandi. Cui enim  
 festivitas ista tanto apparatu celebraretur in  
 foro tam chori quam mensae, nisi idem sanc-  
 tissimus Legislator pro speciali Patrie  
 fuisse agnitus? unde et antiquissima Mss.  
 presentis seculi non eisdem Dni Patrie faciunt

to. j. anal. 5.

XV. III.

18

19

- XXX. mentionem. Sic antiquissima liturgia sub initium istius seculi scripta non solum in calendario b. S. Benedictum refert, sed et die 27. Martii est. n. Julij, sed etiam in ipso Canone Missae reliquis Sanctis adhibet. In alio quoque Mss. eiusdem seculi, post integrum Psalterium apponuntur Cantica cum sequenti rubrica: Cantica Ambrosiana, quae S. Benedictus ad singulas horas cantari instituit. ut proinde dubitandum non sit, etiam aliquum Divinum officium a Monachis nostris fuisse secundum Saeclae Regulae ordinem decantatum. Sed quid multis? Ipsum
- XVI. Diploma Ludovici Regis id satis luculenter significat, dum ait: Fratre licentiam habeant secundum Regulam S. Benedicti Abbatem eligendi. Quis vero putat, hoc unicum statutum ex S. Regula fuisse observatum, et non etiam aliqua ad Monasticam Disciplinam pertinentia. exstat in lege Codex S. Regulae, non quidem praesentis, sed proximo tamen saeculo descriptus. Denique alibi notavimus, idem Saeculum institutum a Monachis nostris in cellam Albam fuisse introduitum.
- Quin imo in eodem Ludovici Diplomate Monasticae Professionis atque votorum emissionis haud obscure fit mentio. Subdit enim: Si idoneus inter eos reperiri non possit, a quocumque Monasticae Professionis Congregatione sibi Rectorem eligant, donec rursus eorum aliquem ibi votivum invenire possint dispensatorem. habebatur itaque jam tunc Professio Monastica, emittentur etiam vota: ibi votivum. Quod specialiter ad stabilitatem loci pertinere videtur: credibile quoque est, professionem istam atque vota emissae fuisse secundum praescriptum S. Regulae c. 58. promittendo nimirum stabilitatem et

Conversionem morum, et obedientiam coram  
 Deo et Sanctis eius, maxime, quorum Reliquis  
 ibi erant. Castitatem non exprimebant,  
 que tamen omni tempore à Monastico instituto in-  
 separabilis erat, ita ut mulieres non solum à  
 Monasteriis, sed etiam ab Ecclesiis Monachorum  
 arcerentur. Quod etiam Rhemungia fieri potuit,  
 cum alii Sacerdotes Sæculares, ut modo vocamus,  
 tunc vero Canonici à Sacris Canonibus observan-  
 dis dicebantur, ad plebem informandam et Sacra-  
 menta administranda alebantur. hæc de se re-  
 fertur Constitutio S. Gregorii in primo folio  
 Chartularii huiusmodi: Missas quoque publicas  
ab eo Episcopo in Canonibus fieri omnino prohibemus,  
ne mulierum fiat novus introitus, quod omnino  
non expedit animabus eorum. Quod vero eius-  
 modi Presbyteri in nostro Munio adfuerint, con-  
 stat ex charta XIII. de anno 875. ubi Winithere  
 præter annonam duorum fealium insuper  
 et unius Canonici tertiam annonam atque  
 eiusdem indumenta sibi reservat. De his ait  
 Vadianus Calamo quidem accedo, sed in Monas-  
 ticiis antiquitatibus non inexpecto: Nec Carue-  
 runt Laicis Presbyteris Munia profertim fere-  
 quentiora, ad certam normam vite sed Monac-  
 hismo laxiorem adscripti, nec nisi contigui  
 Munio: horum minus erat, plebis curam gerere,  
 et Sacramta administrare: præbant et Episcopis  
 paulo amplius quam Monachi.

Ceterum inter Monachos nostros plures erant  
 Sacerdotes, ut numerum reliquorum fere ade-  
 quarent, ut consideranti Catalogum S. Gallensem  
 patebit. Hos saltem confessiones Sæcularium  
 vicariorum audivisse, eruitur ex supra memorata  
 antiquissima liturgia, ubi fol. 300. inter alios, .xxx.  
 in Canone commemorandos, nominantur etiam

fol. 23.

anm. 27 ab H

anm.

illis, qui nobis propria Crimina Confessi Sunt, Certum est porro hoc Mirale pro usu Monachorum sine dubio nostrorum intervuisse. Concordat id etiam cum Decreto Bonifacij IV. pro Monachis

90. j. Anal. Sacerdotibus edito, quod refert Mabillonius ad annum 606. Fratres Sacerdotes in Monio nostro pleriqs erant Clerici in Majoribus Constituti: quin etiam Simpliciter Monachi litterati erant, ad Chorum et laudes Divinas deputati, Nihil enim illo aeo adhuc Liebatur de conversis, quorum mentio inter nostros primum post duo secula occurrit, instituto tamen ab hodiernis moribus longe diverso. Fratres pleriqs ex Religiosis erant Nobiles: licet enim Credibile sit, illis temporibus secundum Regulam S. Benedicti omnis generis et Nationis homines in Monio suscipi potuisse, et data occasione etiam susceptos fuisse. Constat tamen, vix ullum nisi nobilem litteris addiscendis, que pro choro necessaria erant, operam navasse, nam teste Vadiano; Nobiles maxime in Collegiis et Monio instituebantur, in quibus, qui magis proficiunt, saepe sodales facti ac promoti ordine, magno honori et Collegiis et Monio fuere. ubi notat postremis temporibus Nobilitatem potius disciplina Monastica obfuisse. Hae sane de causa Angia Dives pauper effecta est. Musbachium hirci annis ad malum plurimorum exemplum secularizatum. De Monio nostro constat ex chartis, non solum Nobiles sed et plures Comites atq; Barones nostris fuisse aggregatos: qui mos adeo invaluit, ut posterioribus seculis non nisi Nobiles inveniantur Religiosi. Hinc sub

ayud gold.  
 20. 2. fol. 2.

Dixi  
 seculi elapsi  
 quam Nobili  
 non solum  
 electioni A. B.  
 ex stipe  
 fons  
 nobilitate  
 videtur  
 quod allin  
 colorem des  
 nulli ad h  
 caat. . .  
 Monachorum  
 fuerat vol  
 leguono a  
 induim  
 deat  
 ex ornar  
 Monache  
 interula  
 ex  
 quem  
 de  
 nobilitate  
 potius  
 late  
 qui  
 :  
 sadu  
 re  
 Car  
 ad  
 omni  
 add

initium Seculi elapsi instituta disciplina reformatione, quam Nobilitas ferre non poterat, quidam hac de causa non solum dicta reformationi, sed etiam electioni Abbatis udalrici se opposuerunt, qui primus ex stirpe minus Nobili Abbas respectus, ac fortassis inde Scrupulo concepto pleisq; sententibus resignavit, ut suo loco Deo dante videbimus.

Veritas quod attinet, difficile est, earum formam et colorem designare. Tempore S. Mi. Salvis nostri nullo adhuc interulas etiam apud laicos in usu erant. Hinc Mabillonius affirmat, 90. j.

Tunicas Monachorum fuisse albas, Scapularia et Cucullas fuscas vel nigras. S. Ambrosius de S. Ser. 94.

Augustino loquens ait: Novum Christianum Cuculla nigra induimus, Cingulo ex corio nos ipsi praedestinamus: id est, ut explicat Vadianus, Monas. p. 3. f. 707.

tico habitu exornavimus. Provaluit sane color niger apud Monachos, ut idem Vadianus testatur, f. 15.

gerebantq; interulas ex pano fureo, tunicas vero oblongas et arctas ex nigro, Cucullam Super. inductam.

Antiquissimus, quem habemus habitum, ad finem Saeculi duodecimi depictus Abbatibus Hensicel. Mss. XIV.

tunicam satis arctam et oblongam exhibet, sed videtur fusca potius quam nigra. Verticem summum habet calce rarum, Capillis, reliquis longius

defluentibus, qui mos vix antiquissimus teste Polydoro virgilio: Sacerdotes ritus servandi causa

calce vestidem radunt: quod hic de Sacerdotibus,

idem pronuntiat Vadianus de Monachis, addens: f. 22.

Barbam alere Caroli Saeculo decorum Monachis.

Quae tamen res adeo expedita non est, vellem potius id testimonio probasse Vadianum. In

affigie Superius adducta Hensicel Abbas et S.

dit  
oc  
Belu  
Tand, ar

12

10. 1. *Fintanus non cum proluxa barba, nec tamen  
 usque ad cutem rarsa composuit. Mabillon offert  
 exempla, quibus docetur, Monachos quatenus in  
 aëno fuisse longos et raros. In antiquissimo Mss.  
 XXX. offertur Benedictio ad tondeendam barbam, qua  
 adhibita fuit, dum Novitius officio, velus Monachus,  
 ex quo potius loquitur, Laicos aluisse Barbas.  
 Eadem benedictio habetur in Mss. Saeculorum im-  
 mediata subsequentium, et subinde inscribitur  
 10. 2. Benedictio ad faciendum Clericum; nam et nomine  
 Clerici, teste Mabillonio veniebat Monachus, et  
 eadem pro utroque adhibebatur benedictio. Saeculo  
 ante reformationem disciplina nostri Religiosi  
 Saecularium instar aliquid in mento retinebant,  
 sed habitus plane erat singularis medius inter  
 Laicum et Saecularem, neque cum ullo aliorum  
 Religiosorum conveniens. quo interim per pro-  
 lapsum dila fuit.*

Jam vero ex vita S. Fintani Disciplinam  
 hoc Saeculo in Mnis nostro efflorescentem actus-  
 salius dispiciamus, qui inter Fratres quinquennio  
 comoratus solius malorum nequaquam esse potuit,  
 imo inter eos adeo in spiritu profecit, ut ad sin-  
 gularem exercitium pugnam idoneus noceret.

Ex eadem namque vita historia discimus 1.<sup>mo</sup>  
 numerum Fratrum post Restaurationem jam fuisse  
 auctiorem; cum in parvis Conventibus juxta Regulam  
 Restitutorum non admittentur inclusi. Certe ex  
 libro Fratrum Conscriptorum Mnis S. galli patet,  
 viginti quatuor Monachos sub wicksamo Abbate  
 simul vixisse; nec minor numerus esse potuit,  
 aliquot statim annis post Restaurationem,  
 cum multi jam vixissent, qui sub wicksamo adhuc  
 in vivis erant, multiq; descripti sunt, tum ante

tum post S. Fintanum demortui, qui omnes eidem  
convixerunt, praeter eos, qui ex Monio S. Gallensi,  
et forte etiam Augiensi, sub initium Restaura-  
tionis, prout ipsemet, primus Abbas Goppestus,  
prohibiti erant. accidit, quod etiam ad Cellam  
albam ad minus 6. Monachi debuerint desti-  
nari, quemadmodum in Capitularibus Ludovici  
pij praecipitur, ut non minus quam 6. Monachi  
in Cellis, quae Monio incorporatae sunt, simul vivant.  
Certe via Nobilis Sigemar, cuiusq. Filius Liutkeus,  
non in proprio Monasterio seu Cella, quam fun-  
daverant, sed Rhenania, testante Catalogo S.  
gallensi, Professionem emisserant, ut nulli alii  
quam Rhenanenses ibi tunc habitare credendi  
sint.

Discimus 2<sup>o</sup> Fratres Communiter uno in con-  
clavi Lingulis in lectis dormire solitos, sic enim  
de S. Fintano scribitur: Inter Fratres paucos  
lapidos strato supponit. Hinc eo citius quaedam  
ad reclusionem aptatae sunt, quia extraordinariis  
pietatis exercitijs libere vacare inter alios  
non poterant. Notat nihilominus Mabillonius 20. 1. Anal.  
lectos propter honestatem fuisse conopeo  
obductos. Porro Reclusorium S. Fintani non  
ita amplum fuisse, ut in Regula Reclusorum  
describitur, ubi duo vel terna cubicula eis  
assignantur, constat ex vite descriptione, quae  
de S. Fintano refert, quod pro Dei amore in  
arctissimo loco recludi voluit, quod in re la-  
pulchri fuisse credibile est. Certe Dñs Schoep-  
flin Historiographus Regius, nulliq. hoc tempore  
Secundus, qui hodie, id est 27. Junij a<sup>o</sup> 1767. Di-  
plomata ex Regio mandato collecturus aderat,  
michi falsus est, se in quodam Alsatia Monasterio

recluserium antiquissimum vidisse, quod instar  
Carceris archissimum erat.

Vicimus 4<sup>to</sup> Ecclesiam Mnij fuisse vocatam  
Barilicam sine dubio per excellentiam et pre-  
stantiam super alias minores Ecclesias, ut notat  
So. j. Mabillonius. Cetero enim Monachorum parva  
solum oratoria habebant, et Mnica Barilicis  
anecebantur. Sic enim vocatur in vita S.  
Fintani, Barilica S. Maris Genitricis Dei et  
Dni nri Jesu Christi. Item in Charta XXIV  
Subscriptus: Actum in Barilica eiusdem loci.  
Eam vero in medio Insula constructam fuisse, sequitur  
ex eadem vita S. Fintani, cum ipsius recluserium a  
parte Septentrionali fuerit situm: Ecclesia quoque  
sub initium huius seculi destructa, et nascente seculo  
duodecimo deducata prorsus in medio conspuebatur.  
Sacrum Evangelium imo totam consequenter Missam  
quotidie Solemniter et alta voce decantatam fuisse  
vel ex eo liquet, quia alias a S. Fintano in suo  
recluserio, prout tamen acta verstantur, non pro-  
tuisset ex audiri. Sanctorum Festivitates maxima  
Sectorum ac hybernorum maiori apparatu celebra-  
bantur, que sine dubio a Monachis Scotis in nostris  
partibus frequentibus introducere ciant.

Sol. 97.  
99.

Vicimus 4<sup>to</sup> Singulis Fratribus separatim victum  
quotidie fuisse assignatum, quem aut absumere, aut  
pauperibus distribuere permittiebatur, prehabita ta-  
men Abbatis licentia, que negari non solebat, Dicitur  
enim in vita: Servam annonam ad victum quotidianum  
Sicut alijs Fratribus Fintano datam fuisse, consistebat  
porro ista annona sine dubio ex Regula S. Benedicti,  
in hemina vini, aut cerevisie, in nostris partibus illa  
temperata usitata, cum tanta copia vinearum  
nondum adisset, in libra panis proportiona, et in duo-  
bus palmontarijs. Legitur quidem eundem sanctum  
distri huius pauperibus carnes: verum sicuti constat

Disciplina.

Tintanum Carnibus usum non fuisse, ita Credibilis est, nec reliquos Fratres eisdem usos. Certe in aliis Moniis nobis vicinis Monachis carnibus non vescantur. In Sylurgia Sape citata, que ante S. Tintanum scripta, et eo vivente in usu erat, in Canone Missae ante et infra actionem inter alios, quorum commemoratio habetur, etiam referuntur ij, quorum elemosinas et erogandas suscipimus. Quo evidenter patet, tum S. Tintanum tum alios Monachos non solum pro semet ipsis, sed etiam pro pauperibus suscipisse elemosinas, et inter has etiam carnes. accedit, quod miraculum illud in distributione carniuum factum fuerit die prima Tebeuani, hoc est in vigilia Hypparante Domini, quando alia jejunia continua usque ad nonam ex prescripto Regula servabantur. Videantur, quoad hunc locum alibi scriptum. Constat etiam ex alia Charta, non solum victum, sed etiam vestitum, singulis annis Fratribus fuisse distributum. Sic enim in donatione sua ait Winitherus: Et si seculum exlinguere et in Monio permanere placuerit, tunc in eodem Monio duorum fatuum annonam, nec non et indumenta, sicut duo fratres singulis annis percipere solent, mihi tribuantur.

97.  
XXX.  
fol. 300.  
fol. 99.  
XIII.

Discimus S. Paupertatem et obedientiam a nostris Monachis fuisse observatas, cum S. Tintanus non nisi ex licentia Abbatis, que de victu sibi subtraxerat, pauperibus erogare potuerit. Paupertas tamen longo aliter observabatur, quam nostra est. Certe idem Winitherus salutifera compunctione transit aicas res contemnere sibi visus est, licet Monium ingressus duplicatam annonam cum vestitu sibi reservavit. Cuius reservationis multa exempla in Chartis nostris extant. Non ergo Paupertati Religiosa tunc concessum videbatur, si sub conditione bona sua Monio traderent, ut locum et nutrimentum ibi haberent, ut exprimitur Charta IV. Id libertius sub initium Foundationum concessum fuisse arbitror,

98.

Cap. X.

ut Benefactores alioquin ad bene faciendum Mar-

IX.

narctius. Quod autem in Miro dicitur ab ipso vol-

veno Privilegium Monachi. Tandem enim Monachum  
Sub ea videlicet ratione, ut Privilegium Monachi in  
ipso comorantes habeant. Privilegium istud consistit  
in iure percipiendi annonam certam, et vestitus  
eligendi Abbatem et Advocatum, aliisque jura Capitu-

II.

lularia excutiendi. Invenitur enim in pluribus char-

III.

teris nostris, Consensum Monachorum fuisse adhibitum.  
Ceterum jura Capituli optime exprimit ipse Fundator  
et Abbas Wolvenus, qui Comitum actionem cum Comite  
Gozperto non aliter fecit, nisi cum consensu fratrum

XVI.

nostro regimini, ait, Subditorum, ut Ego Wolvenus

Abbas, Fratresq; mihi Subiecti potestatem habeant

tenendi &c. Porro ipse piissimus Restaurator licet Monachi

et Abbas, tamen bona sua ita contradidit Miro, ut quamdiu

IX.

vixerit, ipse res sub potestate sua habeat, alia quoque

bona sibi reservaverat primum anno 877. Miro tradita,

pro quibus a parte ipsius Miro recepit pecuniam,

scilicet C. libras, quas Adilbertus Comes pro villa

Gaves ad dies vite tenenda dederat. Libra autem

viginti Solidos seu aureos habebat, qui bestiam circiter

partem nostrorum aureorum constituebant, spiritus

100. libra numerum 2000. florenarum excedebant,

Summa illo tempore sane magna. Pariter Gozpertus II.

Abbas antea Comes anno 892. amplissima bona

Miro tradidit, ea tamen conditione, ut illa exiguo

prelio, si vellet, profect redimere. Citat super hac

ad Char. II.

C. j. c. 2. n. 10.

re B. Geroldus Malitonium de re Diplom. ubi

hanc consuetudinem quidem miratur, utpote contra-

riam s. Gregorii, qui non solum Regula s. Benedicti,

sed etiam Imperatoris legibus illam praxin adversari

testatur: factus tamen illo aro fuisse in Miro

universalem, ita ut etiam in Codice Theodosiano

testandi facultas Monachis et Abbatibus permittesca.

Certe in decursa videbimus, istum morem usque ad

clausum seculi initium in Miro nostro perseverasse.

Misamus quidem consuetudines antiquas: sed antiqui

Disciplina .

99.

faciam mirarentur recentiores, illos in hac re nec laudo nec approbo, puto tamen, non esse precise ex moribus hodiernis dijudicandos.

Discimus 5<sup>to</sup> Praecipuam Patronam non solum Basilide Sedetiam Mnij a Simis Fundatoribus fuisse electam Sanctam Mariam Genitricem Dei et Dni nostri Jesu Christi. Quam etiam plebs chara nostris nominant: imo cum charta V. directe exprimitur: ad stabilendum inibi Levitium Sancta Maria, haud obscure conrequitur, Monachos Speciales in Levitium gloriosa Virginis fuisse consecratos, cuiusq; cultum praecipue, per Fundatores et Benefactores fuisse intentum. In Diplomate Ludovici Secundo sub initium quidem dicitur, ab Arte ceferosibus wolverni id est a Patre et Ave Mariam fuisse constructum in honore S. Mariae virginis: additur ulterius quod ipse wolvernus idem Mnium in honore B. Mariae virginis et Beati Petri Principis Apostolorum restauravit. ex quo patet, S. Petrum ab ipso wolverno primum fuisse superadditum. In posterioribus quibusdam Diplomatis asseritur, Mnium etiam in honorem S. Blasij constructum fuisse: id tamen non aliter intelligendum, quam quod in ipso foame restoratione illatis Reliquiis S. Blasij, eius cultus statim fuit insigniter propagatus, ut ex antiquissimis Mss. officio et oratione adhucdum in Mnio S. Blasij uribata, constat, adeoque idem Sanctus post S. Petrum Specialis Patronus et Tutelaris fuit habitus.

IV. V. VI.  
IX. X.

CIII.  
CXI.  
LXXXI.

Discimus 7<sup>mo</sup> ab ipsa urbe Roma vivente S. Martino Sanctorum Reliquias Mnio nro fuisse illatas, nec tantum S. Blasij Martyris, sed etiam aliorum plurimorum. Testatur enim Ludovicus in Diplomate suo Lucundo de wolverno Restauratae: aliasque Reliquias Sanctorum ibi secunders. Charta VIII. dicitur Mnium constructum in honore B. M. Lempe Virginis aliorumq; innumerabilium ibidem requiescentium. utiq; Sanctorum, cum B. Virgini jungantur,

X.

et antiquo stilo ibi requiescere dicebantur, ubi eorum Reliquie conservabantur. Sic in alijs quoque monumentis profertim charta XXVII. exprimitur: Ceterorumque quam plurimorum, unde merito Misium

IX. nostrum ab ipso woloeno Locus sanctus nominabatur. Quoniam Reliquie vite fuerint, determinare non auzim. Multa haectenus ex illis, maxime tempore defectionis, fuerunt deperdita. Cedere in terim fas est, eas intelligi debere, de quarum recentiori aduentu non constat. Ecclesias enim et Misia sine Reliquis condere non viduisse, antiqua monumenta testantur. Hinc haud gravato illis asseritur, qui existimant, woloenum ipsum, dum insignis Misij Restaurationem aggesseretur, Romam adijt, unde Comuniter Reliquie petebantur, et cum dyssanis S. Blasij plurimas alias asportasse. Certe Italia woloeno peregrina non erat, ubi plura possidebat allodia.

I. XXXI. Ad hoc seculum referenda etiam videtur illatio Reliquiarum S. Januarij Martyris, cuius cultus, ut ex Calendarijs patet, in nois Misio fuit antiquissimus. Haectenus existimatum, eas eodem tempore ad Misium nostrum advenisse, quo ad Lugiam Dividam: atqui vetustissimus quidam Codex seculi X. testatur, eam translationem factam fuisse anno 877, et quidem die 19. no. octobris, quocius festum etiam in Calendarijs nois assignatur. Odolan-  
diani hystoriam huius translationis, quam in praefram referunt, explicant de Socijs S. Januarij Bisculo, Eutichela, et Auctio, qui die 18. octobris fuerint passii, ob festum vero S. Lucae in proximam diem eorum celebritas fuerit translata. Rationem addunt, quod Reliquie S. Januarij illo anno ex Civitate Breverentana benemunita potuerint furto auferri, bene vero ex Relesio, ubi corpora Sociorum facta cum inscriptione S. Januarij neglecta jacebant. Magnum est, saltem ex Socijs tam Magni Martyris Reliquias possidere.

## Manuscripta Saeculi primi.

Præter Archivij nostri monumenta etiam Bibliotheca  
Manuscripta non parvum subsidium presentis historici  
præbere, ex jam dictis constare potest. Hinc singula  
eius Saeculi quo Scripta sunt, admodum crebri et magis  
notabilia excerptam, ex quibus genium, moresque  
studia Patrum nostrorum evadent perspicua.

## I. Mss. XXX.

Codex est Liturgicus in folio minori pergamenus,  
et teste Sindice S. Blasij in Allemânia vetustissimus,  
quem à S. Fintano allatum, ab ipsius vel alio Scoto  
jam Saeculo octavo Scriptum haecenus existimant.  
verum constat, eundem Codicem cum S. Fintano nihil  
comune præter aetatem habere, cumque non à Scotia  
allatum, sed in Francia, cuius pars tum Allemânia  
erat, dicebaturque Francia orientalis fuisse Scriptum, in prof. 20. 3.  
et quidem à Monacho Benedicino, ac probabiliter Ather-  
navigio, professo ante Adventum S. Fintani. Etiam  
in officio Parasceves exhibentur duae orationes,  
in quibus conjunguntur Imperatores cum Rege et  
exercitu Francorum, ac Romano Imperio: Quo  
omnia epocham determinant circa annum 822.  
quo duo simul Imperatores Ludovicus pius et  
Lotharius filius in actis publicis referebantur, et  
Ludovicus germanicus alter filius partem Francie  
Scilicet Allemâniam, adque Regionem nostram occupavit.  
à Monacho autem et pro Monachis fuisse Scriptum,  
patet tum ex cultu, eoque S. Benedictum, quem exhibet,  
nam in Calendario bis nominatus nempe die 21.  
Martij et 11. Julij, in Corpore autem Missæ propria  
habetur sub nomine Makalis S. Benedicti eadem die  
11. Julij, Denique quod præcipuum est, eiusdem nomen  
in Canone postremo loco, reliquis Sanctis additur. Tum  
quia specialem Missam pro Abbate et Sacerdote

Continet, Sapiusq; meminit eorum, qui elemosinas ad dederunt Dei. Deniq; pro Atheniensi. Scriptura militat presumptio sicut de caeteris, et quid codicibus, quandiu non constat de alieno, pro enim illa temperata aliena tantis codicibus, et Monachi in Munis pro uribus luis illos describere compellebantur. Definit ergo licet hunc codicem: Liturgicum, Francico - alemanicum, Monastico - Benedictinum, Scriptum circa annum 832. Quod etiam eius characteres aperte demon- strant, licet plurimos contineat solecismos propter quos nonnulli antiquarij eum ad saeculum octavum referendum conducunt: Sed cum haec vestigia saeculum posterius evidenter reddant, loquitur tantum, Barbariem cum saeculo octavo non fuisse apud omnes depositam. Igitur ex codice isto genus et auro praeioriori ritus antiquos a modernis discrepantes in divinis officijs sumatim referemus.

Præfationes ferme in singulis festis, Dominicis, et festis Maconibus habentur proprie, aliquae etiam de comuni Martyrum, virginum et Canon in plei- usq; cum nostro conveniunt; habetur tamen duplex memento pro defunctis, unum ante alterum post consecrationem. Adduntur Nomina Sanctorum

fol. 238. Gregorij Augustini, Hieronymij, Hilarij, Martini, et Benedicti: Infra actionem seu Hanc igitur Sapissime proprium est. Fit ibi mentio Diphidie:  
51. horum in hunc modum: quorum nomina ante sancto altare duo scripta esse videntur. alibi occurrunt formulae sequentes: Quorum nomina ad comemo- randum consecrissimus; quibus forte liber fra- trum conscriptorum indigitatus. Item quorum elemosinas erogandas sucepissimus. item pro ijs, qui nobis propria crimina confessi sunt. orationes plurimae sunt duo de eodem fero eademq; re, prout nunc observatur in Paroecia Domini, et in festis quadragesima post Comunionem, quorum ultima dicta super populum etiam in

Dominicis occurrit. Post Pax Domini fiebant proclama-  
 tiones; legitur enim Sequens rubrica: Comonenda  
est plebs pro jejunijs primis, quarti, Septimi, et decimi  
mensis temporibus suis, sive pro Scrutinijs, vel  
aurium apertionum. s. cuius formula Baptizandos  
concernens, prescribitur fol. 231. Satis proluxa.  
 Post hac Comunicat Sacerdos cum omnibus Sacerdotibus,  
cum omni populo. Subjunguntur deinde duodecim  
 orationes. Porro Sacerdotes Comunicabant ante  
Diaconi etiam altare, Clerici et Monachi in choro,  
Laii extra choros. Ex eo autem, quod Diaconi  
 etiam altare Comunicarent, facile perspicere licet,  
 altaria non fuisse parietibus affixa sed libera;  
 neque enim illo tempore architectonica moles  
 altaribus surrogabatur, sed mensa sola solum  
 altare conficiebatur. Denique Benedictio post  
Missam supra populum non eadem quotidie  
dicebatur, imo subinde plures etque proluxiores  
adhibebantur.

Adventus nomen non exprimitur: Missae tamen  
Adventus modo assignate incipiunt a Dominica  
quinta ante Nativitatem. In Natali Christi  
quatuor Missae assignantur, tres nimirum de ipsa  
festivitate, et quarta integra de S. Anthonia. fol. 57.  
Postum Purificationis vocatur festum Simonis; 83.  
Jejunium quadragesimale, iam inchoatum fuit  
feria quarta cinerum, contra aliorum consuetudines,  
qui illud incipiebant a Dominica sequente. In 92. 93.  
Paschae Domini non solum corpus sed etiam sanguis  
Xti praeconscratus a celebrante sumebatur,  
et reliqui omnes Communicabant: addebatur etiam  
post Communionem oratio supra populum. Impro-  
peria omittuntur, sed adoratio Crucis hodie no-  
mine ritu exhibetur. Praedoniam Paschale hodie  
non multo est proluxius, illaque exclamationes  
medio evo omisso, adhuc legebantur: o Certe ne-

Casparium &c. A. O. Felix Culpa. p. Summi Pontificis  
fit mentio his verbis p. unacum Papa nostro Ro-  
tissimo: Sed nihil de Antistite, moxq; subiungitur.  
Ita non et Clementissimo Rege nostro Ill. Conju-  
geq; eius ac Filij's cunctoq; exercitu Francorum.  
 quibus verbis pro illo seculo nemo significari potest  
 praeter Ludovicum Germanicum Dominica post  
 Pascha vocabatur Fort Albas, et quidem ad litteram  
 cum albo vestes a Mophitis jam Sabbatho pra-  
 cedenti deponerentur. Pascha Annatina id est  
 annua celebra batur, si loquenti anno post quadra-  
 gesimam occurreret. In Rogationibus jejunabatur.  
 Festum S. Trinitatis non assignatus, licet alcinus  
 ex mandato Caroli M. jam comparisset Missam pro-  
 priam. Profatio tamen multo antiquior est, quo haec  
 eadem in Dominica tota exhibetur, et forte ansam  
 dedit, ut illud Festum in hanc Dominicam reponeretur.  
 Vigilia cum jejunio assignantur ante festa S. Joannis  
 Baptista, S. Laurentij, S. Joannis et Pauli, S. Apo-  
 tolorum &c. Sed octava nulla adhuc occurrunt: hinc  
 festum Agnetis secundo, quod modo octava diceremus.  
 In Festo S. Joannis Baptista oratio specialis ad fontem  
 assignatur V. J. d. Julij Natalis Benedicti Abbatis.  
 ubi notandum, non dici Translationem aut Comemora-  
 tionem, quia ipsum festum Natalitium hac die  
 celebrabatur, ubi assignatur Missa cum profatione  
 propria. Nam die 21. Martij licet legeretur in  
 Martyrologio, ob quadragesimam tamen nihil amplius  
 de eo fiebat in choro. Sine dubio prandium fratibus  
 in festivitate S. Benedicti parandum, ut in charta  
 quadam nostra legitur, non de die 21. Martij, sed  
 undecima Julij intelligendum est. Tam parum pat-  
 rucinalus hoc Mss. Gallosum seu Francorum Pen-  
 tentie. Assumptio B. V. Mariae eiusq; Nativitas cum  
 Rogationibus propriis celebrabantur: sed Festum  
 omnium Sanctorum omisum, quod Sigebert Gebbae. anno

fol. 152.

835. in alemania institutum testatur; est ergo hoc Mrs. eo ano vetustius.

205.

Missa votiva plures ad finem codicis, pro die  
peris, personis et necessitatibus adduntur: ut pro defuncto  
70. Abbate Sacerdot: pro desiderantibus penitentiam  
et minime consecutus, ubi loquens subrica legitur: Si  
quis penitentiam petens, dum Sacerdos venit, fuerit

fol. 314.

officium lingua privatus, consumptus sit, et si idonea  
testimonia hinc dicere, et ipso per motu aliquos satis

a. officio.

b. dicant. c. motus.

faciat, Sacerdos impleat omnia circa penitentem  
mox est. In commendatione animae habetur, aido pro

305.

lixus, et multo prolixior curandi defunctos. Lava  
batur corpus, et in Ecclesia jugiter, psallentibus

Tractibus servabatur, donec Missa celebrari posset.

307.

Tres Missas uno die a Singulis Sacerdotibus pro de  
functo celebratas fuisse, alibi notavimus, ubi etiam

reliqua suffragia videri possunt. Adendum est,  
Nactem Tractus statim per nuntios alijs Mnis

confederatis fuisse hic verbis significatam: Tract  
ibus in Christo dilectis nos Tractus de Mnis Rinava

Salutem. Intimamus Caritati vestre obitum Tractus  
nostri N. defuncti, pro cuius anima solitas preces

agere dignamini. Tractus de Mnis de positionis etiam  
III. VIII. XXX. et anniversarium celebratur, prout

f. 323.

ex hoc Mrs. manifeste constat, quod si Tertium  
aliquis Sancti occurreret, Missa specialis habebatur

cum orationibus simul ad sanctum et pro defuncto  
dicendis.

315.

In stipendijs non solum Missas sed et vigilijs  
sive psalmodias haberi solitas, contra multorum  
criticorum opinionem, evidenter demonstratur

Author Trifurcat. contra  
stipendia Missarum vult,  
eorum Epocham certam  
primum statui posse post  
sec. 12.  
318.

ese loquente subrica in hoc codice contenta: Sic  
uno solido centum Psalms aut tres Missas: pro una

Licet S. Godegandus  
medio saec. 8. lingulis  
canonicis in Regula sua  
pmittat, ut donata pro

uncia centum quin quaginta psalms aut tres Missas:  
pro sex uncijs sex Psalterios et tres Missas, pro

Missa retinere possint.  
vide Mabill. in pfac. in i.  
part. sac. 3. Bened.

una libra duodecim Psalterios et duodecim Missas.

Ita Annales Judo. ad an.  
881.

Hanc proportionem stipendij computare aith me-  
ticiis relinquo: certum est melius convenire cum psalmis  
et psalterijs, quam cum Misris. porro libra duodecim  
continebat uncias, aut viginti solidos utiq; aureos.

Ordo Baptizandi habebatur solemnissimus:  
Nomina Cathecumencorum, etiam infantium, atq;  
Patrum eorum proclamabantur, et illorum etiam  
recitabantur etiam in Misra infra actionem.  
Misra de scrutinio tres exhibentur, Benedictio for-  
tis medijs ceremonijs interponit. Ipsa forma Bap-  
tizandi interrupta est per interrogationes de singulis  
personis Divinis, hoc nimirum modo: Credis in Deum  
Patrem? Ego te. Baptizo in nomine Patris. Credis  
et in Jesum Christum Sc. Alio in loco describitur  
forma pro Clerico vel Monacho faciundo: item  
quando barbam tondent, id est, quando Monasticam  
professionem emissuri primo barbam deponunt.  
Item Misra Nova seu prima, quam Monachi  
decantabant. Pro choro assignantur ante singulas  
horas orationes devote ad Myrticia Passionis  
Dominice directe cum genuflexione.

fol. 270.

37.

Referuntur etiam in hoc Codice Canones  
Penitentiales Anchoritani: inter quos loquentes  
concedunt Monachos: Si quis Monachus solus cum  
sola famina coctus fuerit, vel sub eodem solo maneat,  
cena carcat: Si vero post interdictum, 40 dies cum  
pane et aqua peniteat. Pro defuncto Monacho  
Misras agantur die sepulture eius et tertia die  
et postea quantum voluerit Abbas. Si Monachus  
neglexerit accipere sacrificium, et non interrogat, nec  
aliquid deus excusabilis exhibent, Supponatur,  
id est jejuset. a sanguine et suffocato precipitus  
abstinentia. Mulieres menstruate prohibentur  
communicare. Clericus habens superflua donet ea  
pauperibus, Sin autem excommunicetur. &c.

Mss.

2. Mss. CXL.

107.

Codex est quidem parvus, sed inter nostros facile antiquissimus, atq; jam saeculo octavo à pio quodam Monacho exaratus, qui pio lectione Spirituali ex N. F. Gregorio, Hieronymo, Augustino, Isidoro atq; Sententias, homilias, et Epistolas excepit: eo autem magis estimandus, quia multa haecenus inedita continere videtur, in quibusdam etiam editis multo est prolixior: Sed in fine mancus.

3. Mss. N. XCII.

Codex est integer jam ad finem saeculi octavi, aut certe ad initium noni, pulcherrime descriptus, continet decem homilias S. Gregorij in Ezechielem: ex quarum ultima recitabantur lectiones in choro, prout in margine notantur v. g. in Natali Episc. fol. 468. copiosum Lactio l. II. de. Nondum enim habebant 484. lectionaria, quae tamen saeculo undecimo et duodecimo jam copiose in nostris Mss. exhibentur.

4. Mss. N. XXXIV.

Palaeium Davidicum affabie conreiptum characteres exhibet cum scriptura saeculi noni ad amissim convenientes. Praefigitur singulis psalmis titulus triplex rubro et viridi colore alternante, quo diversus sensus litteralis, mysticus et moralis designatur. In fine adduntur cantica et Hymni, unde apparet pro usu chori inaevisse; additus namq; in margine ad finem psalmorum, et interdum ad eorum divisiones secundum praescriptum S. Regulae nostrae gloria Patri, et nonnunquam nota Musica, quae etiam super Salterios nostrae adscripta sunt, usq; ad ultimum versum, Sed libera nos à malo, prout S. fol. 378. F. Benedictus decantari jussit. imo ante hymnos nos expressa habetur sequens rubrica: incipiant

384.

hymni S. Ambrosij, quos S. Benediclus in diversas  
 horas canendos ordinavit. discrepant multum à  
 modernis, sed plerique in fine à codice abscissi de-  
 siderantur. Neceffe ergo erat, hymnos et psalmos  
 singulis horis designatos in huiusmodi psalterijs  
 perquirere, cum nondum ipse haec simul descripta  
 in propriis brevibus haberentur. Talis quoque,  
 Ad Completorium Canticum Nunc dimittis ex  
 consuetudine Romanae Ecclesiae fuisse recitatum,  
 licet S. Isid. in Regula nullam de eo mentionem  
 faciat, praefigitur eidem Canticum Loquens rubrica:  
 Canticum Symonis ad completorium. Symbolum  
 Apolloniarum per omnia cum moderno convenit  
 sicut et gloria in excelsis, ubi tamen omittitur:  
Qui tollis peccata mundi miserere nobis. Quod  
 fortassis per oscitantiam Scriptoris factum.  
 ad Quicumque Loquens titulus additus: Fides  
Catholica Athanasij Episcopi.

fol. 378.

## 5. Ms. C1111.

Continet librum Alcuini de virtutibus et  
 vitiis cum praefatione ad windonem Comitem,  
 est à folio 99.º Epistolam S. Hieronymi ad Eys-  
 tochium. Est integer et eleganter descriptus.  
 In fronte manu recentiori forte saeculi undecimi  
 haec leguntur: . . . . . Sec Marie renau. ubi  
 licet primum verbum sit deletum, reliqua tamen  
 satis indicant, quid sibi velint. In fine additus  
 Epitaphium Alcuini, qui decessit a.º 804.  
 Sed adhaerente pallidiori, manu tamen et charac-  
 tere non absimili. ex quo quis conijcere posset,  
 librum quidem eo vivente fuisse scriptum, sed  
 Epitaphium eò defuncto additum; licet enim  
 dicatur ab ipso Alcuino factum, hic tam dies  
 immortalis additus. In Bibliotheca S. galli Simillimus  
 extat codex, alter ex altero descriptus.

Libros Regum exhibet Senescente jam Saeculo  
nono descriptos: desunt plura in principio, medio,  
et fine. Capita aliter distributa sunt, quam in  
Biblis modernis. Pro lectionibus Chori paucos  
invenisse colligitur ex eo, quia subinde, Calamo  
tamen posteriori, inscriptae sunt antiphona, vel  
responsoria cum notis antiquis. in Summitate  
folij primi inscriptum legitur manu recentioris,  
et facte, ut videtur, integro Saeculo posteriori  
muozzo scripsit haec: non dubito hunc calamum  
esse Rhenaugiersem, cui proinde ex traditione  
saltem cognitum esse debebat muozzo, haud du-  
bic ex antiquioribus Rhenaugia incolis, licet  
alibi eius nomen non occurrat. Notanda sunt  
in hoc codice quaedam interpretationes Theo-  
tiscas, verbis quibusdam obscurioribus Super-  
scriptae, ex quibus duae olim vernacula pro-  
nuntiatio colligi potest.

V. g. Super Tornicom: Suibogo; à quo desuibogon.

Masiolandi: Zuobronnes; Zaubronu.

Nonustus: Keladene; geladen.

Apparitores: orewastana; Gornastren.

Singultum: Inoshegunun; Inoshegun.

Collidom: Breccellum; Brezlu.

Scuris: Scemarin; Mannu.

Turile: Gogogen; Goppu.

Turiosi: Tebibo; Teibübt.

Calcitrabant: Tectonoton; Tettenu.

Populus: ult; Aoleb.

grasitudo: Thiuki; Tichu.

Cardines: Anken; Aruglu.

Sibilavit: wispilot; wipflau.

Mine: Kowäge; gwogou.

Simias: Aphenum; Arpau.

Pavos: Taken; Gfäuru.

110.

Caps. XI.

7. Mss. N. XIX.

Licet huius Codicis prima Series Scripta sit Saeculo undecimo, reliqua tamen Characteres attestante iam Saeculo nono fuerunt exarata. Continet quatuor Evangelia cum singulis praefationibus, quorum prima quidem est S. Hieronymi, reliqua vero forte alterius auctoris: certo haec enis videtur inedita. In fine Codicis additus, index Evangeliorum per totum annum, in diebus Dominicis et Festis octiduum, ubi multa occurrunt à moderno usu discrepantia et notabilia. Praefat hunc titulum: In Christi nomine incipit Capitulare Evangeliorum de anni circulo.

8. Mss. L. XXII.

Est Sedulij hiberni Collectaneum seu Expositio in Epistolas S. Pauli, quae est integra, licet alia, quae in fine adduntur ex S. Augustino et Eucherio sint manca. Capitula plura aliter divisa. Sedulius Scriptor Pauli 5<sup>ti</sup> subinde dicitur scotus, nempe pro hiberno. Character indicat Saeculum nonum potius quam 10<sup>mu</sup>.

9. Ms. XXXVIII.

Codex pulcherrimus Certissime Scriptus Saeculo iam nono exhibet libros Moralium S. Gregorij Papae, nempe quinq; posteriores à Saeculo usq; ad Decimum, nam quinti libri solum finale adest, quod indicat etiam priores eadem manu Scriptos adquisisse, qui iam sunt deperditi. Imo iam Saeculo decimo iniuriam aliquam passum fuisse hunc Codicem, haud obscure derumi potest ex Supplemento, quod a fol. 49. huius Saeculi manu adjectum est, quae et alia subinde non inutili labore supplevit. In fine quaedam adscripta sunt, ex quibus tum aetatem Scriptoris forte dignosci poterit, sed quia partim abscisa partim abscissa sunt, haec tantum legi possunt: X. . . . . aũ R. XI.  
Tuo e qui scut . . . . . quae fastaffis annum Regis,  
Ludovici undecimum, ac proinde anũm Xti 853. Signis  
ficiat.

10. Ms. XL.

1111.

Libri quatuor Dialogorum S. Gregorij Papa eodem  
 fere characterē scripti ac Codex praecedens, proinde  
 ad idem saeculum referendi. Manuscriptum est in-  
 tegrum, praeter folium unum et alterum, quod hinc inde  
 desideratur. Ad initium libri Secundi de miraculis vitae  
Beati Benedicti Abbatis in margine notantur octo nu-  
 meri pro totidem lectionibus: quod idem fit circa  
 finem pro festo S. Scholasticae.

11. Ms. XL.1.

Libri Epistolarum S. Hieronymi, cui quaedam in-  
 serta sunt ex Theodone, et Ambrosio Autperto.  
 Codex est proclavus et integer, si pauca folia exci-  
 pias, quae hinc inde desiderantur. Nonnulla contra, quae  
 nec in Casarno nec Canisio inveniuntur, et sub-  
 inde alibi expressa. Character et Solocismi Saecu-  
 lum nonum pro belle vertantur.

12. Ms. XCIX.

Brevis explicatio S. Hieronymi Presbyteri in 4.  
 Evangelistas. Characteres satis aperte saeculum nonum  
 spirant. Ceterum proisus didicimus ab editione Notae-  
 raddami, ac proinde forsitan haecenus nondum lucem  
 aspexit. Forti explanationem Evangeliorum fol.  
 98. additus tractatus de sermone Domini in Monte,  
 cuius initium: Videns autem Jesus de.

Folio 102. Quidam grammaticus quaedam in-  
 tationes leulonicas dictionibus adjoct, quarum aliquas  
 adscribere placet.

- Non. ni. hodie dicimus nit.
- Doces me. Lerne.
- Cantor. Calster.
- Bayrum. Semid Schaam.
- Ambobus. peidem.
- Capit veneari cum. Weidenon man.
- Quid operas. waz asbeitis.
- Referebam vobis. Sagon hui rati.
- Vertere luctu. wato di h. Clake.

Fax. emalon.  
 Ad expensas. ze Spentonne.  
 Comendari. labonne. i. e. loben.  
 Proftibulum. hur. huf.  
 Gestiat. jogat. i. e. guetbat.  
 Mutant. wanc ont. i. e. wanc ont.  
 Ecchadiabus. un lurt.  
 Ecchadatione. atum fuch.  
 Totidem. So filu.  
 Illinc. Danan.  
 Alphabetum. puachstaps.  
 Caridas. figun. i. e. feigen.  
 Idiota. nin urlester. forte nichis werter.  
 Populurus. pidorfli.  
 Ciciliales agri. Tod hafta  
 Cial. was.  
 Rixio. Nita. &c.

Folio 106. Sequuntur Missae duae, quarum prima  
 est pro amico vel Benefactoris, quam facile alibi  
 non reperias. multis ibi obsecrationibus petitus.  
 remissio delictorum: Specialiter prolata est oratio  
 Super oblata, quam infra actionem vocamus, et  
 incipit hanc igitur, in hoc autem manuscripto vo-  
 catur Super Dyptida. Altera Missa folio 115.  
 hunc proferit titulum: Missa S. Sigismundi Regis,  
 et Martyris, qui requiescit ad S. Mauritium, cuius domus  
 et ipse construxit. Non convenit omnino haec Missa  
 cum illis, quae de eodem Sancto habentur in Mss. 71.  
 et 77. propositim exhibetur in praesenti Specialis  
 praefatio, in qua inter alia haec habentur: Memor-  
 esto Dne Deus noster, huic famulo tuo, qui hanc ob-  
 lationem devotis mentibus tibi offert in honore  
 Verae Christi Filij tui Dni nostri, et in comemora-  
 tione Beatissimi famuli tui Sigismundi, temporis  
 Gregorii, et februum ardore repellas, Ad Sanitatem

perfectam evocare digno, per eundem Dñum  
nřm Jesum Christum Filium suum Deum ac Do-  
minum nostrum, cui merito dicitur Sancti Angeli,  
Archangeli &c.

13. Mrs. N. XCV.

Continet Miscellanea tam ex profanis auctho-  
ribus Annos Seneca et Cicerone, quam S. Patribus  
Cypriano, Gregorio, Hieronymo, Justino, Fridoso,  
Augustino de igne Purgatorij, et oblatione pro  
defunctis &c. Scriptura est Saeculi noni, licet et  
visi docti, qui Codicem tantum obiter inspexerunt,  
eum ad Saeculum sequens pertinere judicaverunt.  
In fine manu Saeculi duodecimi adduntur variae  
Caeremoniae de quatuor temporibus, Dedicacione  
et praecipue de Hospitiis suscipiendis, quas pos-  
terioribus jam praeidem ex hoc Codice publici juris  
fecit clarissimus S. Marquardus Heergott de veteri  
disciplina Monastica.

Ex his porro Mrs. patet, Patres nostros im-  
primis quidem studio sacris operam dedisse, nec  
tamen litteraria omnino neglexisse, cum inter  
plura Saera etiam quaedam ex profanis auctho-  
ribus occurrant. Primum ergo laborum impen-  
derunt in describendis ijs, quo necessaria erant  
pro Divinis officijs ac Spirituali lectione tam  
ex antiquis Patribus, quam etiam ex auctoribus  
coaevis. deinde industriam suam locarunt pro  
audiendis in Schola juvenibus, quam in nostro  
quoque Coenobio institutam fuisse dubitari nequit  
non solum attenta dispositione Regula S. S.  
Benedicti, sed etiam consuetudine illius aevi,  
quam describit Vadianus his verbis: omnis studiorum In exordio voragine  
facultas in Mœnis regnabat, quae instituta fuerunt apud Gold.

ea etiam de causa, ut Scholarum vice cenobia  
essent, in quibus docti Monachi et clerici tam  
privatis quam publicis functionibus adhiberi  
possent: Certo argumento sunt Bibliotheca  
Majorum vetusta. Quae observatio nostro quoque

Mabilonius fo. 3. Anal.  
citat. libellum prolatum  
Caroli Calvi, qui fuit  
Bibliotheca nostra, donatus  
Duci Bavariae. fol. 21.

Mirio attenta Manuscriptorum copia applicari  
potest; neque enim dubito, praeter istos Codices,  
alios plures adquisisse, quos mirum non est, tanto  
temporale intervallo, tanta inter vicissitudines,  
ac subinde sub tanta hominum incuria deperditos  
fuisse: potius mirandum, vel haec haec hactenus  
fuisse conservatos. Testatur porro Scaliger,  
fo. 3. fo. 102. Codices olim tanto in pretio fuisse, ut non nisi de  
licentia factum, id est cum consensu Capituli,  
eos transferre liceat. imo Saeculo adhuc decimo  
tertio unicum juris Codicem recentis auctoris  
venisse. Conservemus ergo Manuscripta nostra  
diligentius, ita tamen, ut ea solentius resolvamus,  
atque Majorum nostrorum labores et bene facta  
strenue imitemur.

Finis Saeculi primi.

---